

Bibliothèque numérique

medic@

**Baillou, Guillaume de / Thévert,
Jacques (éd.). Commentariis in
libellum Theophrasti de vertigine**

Parisiis : apud Iacobum Quesnel, 1640.

2

G V L I E L M I B A L L O N I I

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI
COMMENTARIVS
IN LIBELLVM THEOPHRASTI
DE VERTIGINE.

Editore M. IACOBO THEVART, *Doctore*
Medico Parisiensi.



PARISIIS,
Apud IACOBVM QVESNEL, viâ Iacobæâ,
sub signo Cochleæ & Columbarum.


M. DC. XL.



GVLIELMVS
BALLEONI
MEDICI PARISIENSIS CELEBRISSIMI
COMMENTARIVS



DE VERTIGINE
*Etiam qui de contemnenda gloria libros con-
scribunt, ipsis libris nomina sua prefigunt, sic
quod professione eleuant, usurpatione Memoria
consequuntur. Valcr. Max.*



PARISIIS
apud JACOBVM OVESNEL, via Jacobæ
sub signo Cochleæ & Columbarum.

M. DC. XI.



BENEVOLO LECTORI
G V L I E L M V S
D E B A I L L O V
D O C T O R M E D I C V S
P a r i s i e n s i s

S. D.

S I vitare velis noxas vertiginis atra,
Savit in erectum qua violenta caput,
Huic animum terso solers intende Libello
Ingenio uberior fructus & inde redit.



A P P R O B A T I O.



IC Commentarius in Libellum
Theophrasti DE VERTIGINE
M. GVILLELMI DE BAILLOV
Medici Parisiensis celeberrimi,
Decani, & antiquioris Scholæ
Magistri eleganti stylo, & sum-
mâ prudentiâ conscriptus, atque
à multis iamdudum expetitus, prodeat tandem in
lucem rei Medicæ splendorem aucturus, & utilita-
tem non mediocrem allaturus. Datum Parisiis
octauo Kalendas Nouembris. Anni 1638.

DE S. IA'QVE Decanus.

IOANNES DE BOVRGES
Doctor Medicus Parisiensis.

IACOBVS CORNVTY
Doctor Medicus Parisiensis.

GVLIELMI



G V L I E L M I
B A L L O N I I

MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI
COMMENTARIUS
IN LIBELLVM THEOPHRASTI
DE VERTIGINE.

ΠΡΟΛΕΓΜΕΝΑ.

DE VERTIGINE.



ANTEQVAM ad breuem & ap-
primè eruditum contextum Theo-
phraſtia accedamus, in naturam &
cauſas vertiginis inquirendum. Nec
enim Theophrastus ad intimum exa-
men de Vertigine penetrauit, de
ea præſertim quæ propriam Cere-
bri labem conſequitur quæ eſt diro-
rum & feralium morborum præcur-
ſor. Solius enim Medici eſt in eam
arcem penetrare, & primariam à ſecundaria vertigine diudi-
care. Inde enim ſalus & conſeruatio homini quæritur. Quod

A

non præstant argutulæ minutulæque quæstiunculæ quæ de ea re mouentur. Eas nauci pendimus, repudiamus. Nihil est enim nisi hominum aures verbis inanibus verberare, non autem morbos aut eminentes, aut obscuros curare ac demoliri.

Itaque de Vertigine quæritur an sit morbus, an symptoma. Si morbus, quis, si symptoma, cuius morbi. Ac primum aliud est vertigo, aliud tenebricosa vertigo. Illa in simplici imaginatione conuersionis consistit, in hac tenebræ obuersione tanquam obnubentes & caligantes. Hæc deterior est & morbo caduco affinior. Sensus & motus alteratur, & visus maximè perpetitur, vnde cadendi ingruit necessitas. In vtraque motus est inordinatus spiritus animalis qui non habet suum fulgorem & lumen, non suas *ἁεὶδὸς ἔ* *ποναίς*, aditus, reditus, inclinationes. In eo stat natura & physiologia vertiginis quod ad modum generationis pertinet.

Quemadmodum enim cum spiritus animalis suum habet fluxum & refluxum, nil est anomalon, nil inæquale, omnia sunt tranquilla, stat & homo & ratio, & animus præsidet nullis tumultibus vexatus: Sic cum spiritus alienus motus ratos & constantes perturbat & quatit, aut cum spiritus illustris inquinatur, aut via obstruitur, læsio contingit, adestq; falsa & irrita imaginatio conuersionis & rotationis non existentis. Spiritus enim puri sunt delatores imaginum rerum obiectarum, qui si conspurcati fuerint, vel impuritate cerebri, vel aliunde, huic prompta vertiginum occasio. Ad id facit & meatuum libertas, aut impedimentum. Ideo Hippoc. ventrem ipsum mari similem constituit. Hic est cibi & potus penu, vt sint motus accipiendi & reddendi vices; vt mare est animalium domesticorum, nutritorum & nutriti solitorum alimentum: peregrinorum clades & interitus. Trésq; constituit *ἁεὶδὸς*, & circuitus ignis. Alios ad cavitates humorum iuxta lunæ facultatem, alios ad circumferentiam, & ambiens solidum iuxta astrorum facultatem. Medios intro & foras terminantes qui ignem fortissimum habent in omnibus dominantem. In hoc animus, mens, permutatio, prudentia, augmentum, somnus, vigilia. Hos in cerebro circuitus diuinos orbes vocat Plato. Adfunt autem aut absunt vertigines prout & humores, & meatus ritè sunt comparati. In his vnus aspectus maximè laborat è quinque sensibus.

s. De
Diata.

Quia vt à circuli ambitu lineæ pares , vt radij in centrum tendunt : sic à sensibus viæ & foramina quædam patent per quæ haustæ rerum imagines in cerebrum & sensum communem vt in arcem confluunt. Primarius enim sensus dicitur, quod ei sensus externi , vt satellites assistant. Itaque duplex facultas , externa vna in sensus quinque partita , interna vna quæ est vt iudex & arbitra , communi quadam vi diiudicans ea quæ sub varios sensus ceciderunt. Aspectus de albo iudicat, at non de dulci & albo. Hic arbitrium communis sensus desideratur.

Altera est facultas conseruatix quæ impressiones & vestigia sensuum retinet, concipit ac recondit. Licet absint res, in ea tamen rerum simulachra impressa manent ac reseruantur. Et vt res externæ obiecta sunt sensuum externorum, sic hæ imagines sunt obiecta facultatis fingentis , & imaginantis quæ *φαντασία* nuncupatur.

In ea tria cernuntur , imago , facultas fingendi , & actio qua rebus externis semotis & seductis facultas in simulachro versatur. Eadem mirabili quadam vi fingit numquam externo sensu percepta , idque facit vbertate copiaque rerum prius impressarum per confusionem tot imaginum ex quibus, vt in speculo, resultant nouæ rerum non prius perceptarum imagines. Si diu remanent, memoria existit. Hanc roborat & fouet speculatio & meditatio quæ est crebra imaginum primarum repetitio ac replicatio vt Tulliano verbo vtatur. Duplex rursus memoria est , vna patiens quæ imaginem recepit , agens altera quæ ex imaginis apprehensione rem repræsentat, hæc eò dicta sunt vt facultatis imaginantis vis & natura percipiatur , quia in examine de Vertiginibus inde momenta quærentur.

Cæterùm in Vertigine imaginatrix facultas errat , visio aut imminuitur deprauaturque aut aboletur. In simplici Vertigine imaginatio læditur cum referat rotationem rerum alioquin fixarum. Sic refert id quod non est. Visio autem imminuitur. At in Vertigine tenebricosa deprauatur imaginatio & visio aboletur. Præter enim falsam & mendacem imaginationem conuersionis ac rotationis quæ non est in externis rebus visus deficit ægrotantem vt sæpè procidat, nisi scipione aut re firma vtatur. Vertigo ergò est symptoma in genere

A ij

læsionis facultatis imaginatricis quia deprauatur, item & sensificæ, vt visionis, quia aut imminuitur vt in simplici vertigine, aut deprauatur deperditur vt in tenebricosa. Maximè verò id fit si res in gyrum vertatur, quia spiritus visiuus qui est visionis autor, iis rebus quæ rotantur intentus, vnà cum iis conuertitur, & omnia ægro circum-agi putantur. Inde & facultatem imaginandi & ratiocinandi læsam putant. Ergò & læsio est visionis, & error imaginationis, immò & motricis læsio accensetur. Sic concursus fit læsionis omnium quæ ad facultatem animalem pertinebunt.

Quidam ex eo inferunt non lædi imaginationem quòd æger verè sciat non circumagi externa: at errant. Aliud enim est ratiocinatio & cogitatio, aliud imaginatio. Quatenus enim (licet imaginaria sit opinio circuitionis, & rerum immobilium in gyrum conuersionis) æger verè scit rem ita non esse, tandiu integritas est facultatis ratiocinantis. Est quidem conuersio quædam interna & rotatio fortassis spirituum, sed non externa. Sic cum res foris diu circumaguntur, tandem inducunt vertiginem fixo visiuo spiritu in res externas volubiles & rotatas; ita dum intus ob summissos tetros vapores motus est inordinatus ipsius spiritus animalis, & inde sequitur vertigo, falsaque opinio circumactus rerum forinsecus positarum. Sic & interna rotatio & externa vertiginem inducit. Opinioque rotationis ab externis rotatis ad internas partes transfertur: vt, rebus foris quietis, inæqualiter intus moto spiritu, ab internis ad externa. Admirabilisque est consensus earum partium. Et cum ab interna causa vertigo pendet, ea facilius exacerbatur, si æger intuetur res foris positas circumactas & volubiles. Dubitare etiam quis possit, an ipse spiritus animalis rotetur. Itaque, vt finis fiat disputationis, integra ratiocinatione potest imaginatio errare, ægrique phrenitici sæpè id faciunt. Sciunt enim sese deludi & decipi errareque, & non esse muscas quas tamen se captate falsò imaginantur. Et si spiritus visiuus reuera circumfertur, & aliquo modo allabitur ad trochum & vortices & choream, falsa non est imaginatio ipsius rotationis præsertim internæ, quia reuera animalis spiritus circumageretur. Et id quæstione dignum est. Quamquam (quocumque modo id

fiat, seu intercifus motus animalis spiritus, seu impeditus, seu inæquabili motu agitatus) in vertigine est euerfio & impedimentum, & quasi repercuffio ipsius spiritus animalis (melius interruptio diceretur) nequitque naturalem motum & ordinatum retinere, & ad locos folitos peruenire & permeare. Vapor enim craffus & exhalatio motum iftū impedit quodammodo obftruens. Ergo morbus à quo omnia fymptomata fluunt, est obftructio, qui morbus in via nuncupatur. Hic alias venit ex vifceribus partibufque fubicctis, aliàs ipfius cerebri est indigena, ex mala cerebri affectione prauoque in eo genito ichore aut humore. Quod autem fit iniqua & inæqualis cerebri intemperies author tanti mali, Galenus docet, vt aliàs trademus. Et id non est examine indignum. Idem enim iudicium est quod de flatibus. Hi maximè generantur in inæqualibus temporibus, non cum aut omnia frigore rigent, aut omnia conflagent. Itē in intemperie partium naturalium exciuntur flatu, id quod hypochondriaci teftantur.

Ergo ex fuperioribus patet quæ pars affecta, cerebrum, quæ actio eius, nempe vifio, imaginatio, non ratiocinatio (licet de ea ambigatur) vt & in imaginatione, & fenfu & motu fit aut deprauatio, aut imminutio, aut error. Hinc definitur vertigo, præfertim tenebricofa, Actio corrupta fenfus communis, præfertim imaginationis, cum quadam ad cafum propenfione à tetro fpiritu in plexum retiformem translato, dum laborans credit ac imaginatur corpus fuum circumagi, aut res fupra caput verti, quibus iungitur corruptio vifus, & obuertifatio tenebricofa. Potest definitio abfciffior & breuior effe, modò quæ neceffaria funt non omittantur. Hidorus putat in oculis gyrum excitari flatu ex humiditate refoluta excitato. Quæri folet, cur mentio fiat imaginationis, cur & motus, qui lædi dicitur, an deprauatio aut imminutio fit vifus cum oculis claufis fiat, & quis vertiginofus. Cur non mentio fit auditus & olfactus cum fenfus communis labore, cuius internuntij funt reliqui fenfus. Itē an obftructio fit in anteriore parte cerebri, an in poftica in qua Epilepfiam conftituunt.

Quoniam autem claufis oculis etiamnum vertiginis fenfus est in ægro, potest effe vertigo fine læfione vifus, cum tamen hæc læfio de effentia vertiginis effe videatur. Dico ego,

A iij

Lib. de
loc. aff.

etiam oculis clausis sensum esse vertiginis non tam manifestum quam si oculi aperirentur. Apertio enim hæc dum lumen habet, & res obiectas quæ conuerti videntur efficaciorum clariorumque facit vertiginem. Sic imaginationis error constituit potius vertiginem, quam ipsius visionis. Dicunt alij in cæco, aut oculorum clausione vertiginem esse posse, sed non tenebricosam vertiginem. De motus læsione id quoque dicitur, quod fiat, sed non immediatè, at mediatè.

Ut satis autem fiat quæstioni alteri, cur in definitione vertiginis non fiat mentio olfactus aut auditus in vertigine definienda, cum sensu communi læso noxa ad particulares sensus pertineat. Dicunt spirituosum esse valdè visus organum, & cum motus inæqualis causa sit præcipua vertiginis, labes & vitium in eo faciliùs percipitur quam in aliis. Vnde apud Hippocrat. Olfactus ex aère, gustus ex humido, tactus ex terra, auditus ex igne, visus ex æthere erit. Alij dicunt, quoniam in vertigine contingit error phantasiæ cum motus quadam compræhensione (ideò antè diximus mediatè motum lædi) motus & eius læsio non ita faciliè ab aliis sensibus percipitur, vt fit à visu. Sic compræhensio obiecti motus coincidit cum errore facultatis imaginantis. Et licet actio communis sensus posset corrumpi circa compræhensionem obiectorum aliorum sensuum, non tamen inde vertigo aut contingeret, aut nominaretur. De morbo sacro quoque quæstio esse possit. Vertigo minutæ Epilepsiæ nomen omen & sortem vendicat. Ergo nec causa, nec sede differt nisi secundum magis & minus. De Epilepsia ita Gal. In multis Epilepticis cerebrum afficitur per se (comparat enim Epilepsiam per communionem cum primaria) morbi autem causa est frigidus & crassus humor in cerebri sinibus collectus neruorum origines, præcipuè verò dorsi medullæ primum principium occupans. Eadem & vertiginis conditio. Tamen quoniam in hac plexus retiformis maximè afficitur qui in antica potius parte locatus est, vt oculi & ventriculi anteriores, vertigo erit potius anticæ quam posticæ partis, morbus sacer posticæ: licet sit consortio & affinitas inter vertiginem & morbum caducum. Vtérque morbus in via dicitur esse. Vertiginosi tandem in morbum sacrum deuoluuntur. Quamquam de causa Epilepsiæ

*Lib. de
hominis
structu-
ra.*

*Com ad
sect. 6.
lib. 6.
Epid.*

digladiantur authores. Nec enim semper videtur crassus & frigidus humor causa eius esse. Teter vapor & exiguus humor lancinans & morbi sacri, & vertiginis autor esse potest. Quod in aliis corporis partibus parum naturam excitaret aut iritaret, idem in cerebro terrificam edit symptomata ob dignitatem partis. Quod si est, ut reuera est, non est credibile tetrum vaporem quantitate exiguum, viribus potentem, efficacem tamen Epilepsiae causam tantula mole sua replere ac obstruere posse. Afferunt locum ex Gal. Quod velox & celeris Epilepticae conuulsionis discussio declarat crassum quendam humorem vias obstruentem in ventriculis cerebri, neruorum principio seipsum quatiente ut excludat quod molestum est. Locus Galeni interpretatione eget. Paulò post addit, Epilepsiam non ab ariditate & velut marasmo oriri, aut vacuatione, hoc indicio est quod citò fiat & soluatur: Contra à crasso quodam humore. Subita obstructio meatus à crasso humore fit. Ut autem cerebrum ad ariditatem magnam perueniat, ut corio simile quid patiat, multo tempore id euenit. Quod dicitur à crasso humore fieri quod citò & fiat & soluatur, id absolutè verum non est, nam humor crassus & frigidus piger & lentus est ad motum, sed id per comparationem audiendum est, contra opinionem eorum qui morbum sacrum ab inanitione aut siccitate, Diathesique quadam hectica oriri credunt. Si ita esset, non tam facilis esset, & ortus & solutio conuulsionis illius. Hippocr. ait in ouium capitibus (quas frequens morbus caducus capit) serum quoddam & velut rorem graueolentem reperiri. Non meminit illius crassi & visciidi humoris, sed vocat eum serosum humorem, & quasi tabum ἰσπῶτα quo cerebrum diffuit & rigatur. Et cerebrum διαβέβηται liquatur erosum quodammodo, & in istud serum & tabum resoluitur. Ut pulmo in tetram aquam illiquefcit quæ in thorace hydropem pulmonis fatit. Et ut hæc aqua putris tussis molestas excitat, ita in cerebro conuulsiones & dolores. At non obstruit. Nisi dicamus more veterum medicinae Magistrorum qui duplicem obstructionem statuunt vnam oppilatiuam, alteram attenuatiuam per compressionem quandam partium aut vasorum membranarumque concidentiam & collapsum: In oppilatiua est latitudo natia partium aut vasorum, sed obstructio fit à ma-

Lib 3. de
 de loc.
 aff. a.
 cap. 7.

Libro de
 sacro
 morb.

teria aut congesta, aut translata, aut attracta. Et dum Epileptici partes sensibiles & nervi vim patiuntur & ventriculi cerebri, ob enixum ad excutiendum id quod molestum est, angustiores fiunt ventriculi & licet in iis aqua sit aut tabum malignum quod non sufficit ad obstruendum planè obstructione oppilatiua & reali, valet ad attenuatiuam. Sic Hippocrates obseruat eos qui micaturi in calculo aut dysuria cogere in vesica multum fæcis dum in dolore comprimunt os vesicæ, quia tenuior materia exprimitur, fæx remansit. In morbo sacro præsertim per *σφατοπάθειαν* ob veterem labem cerebri ipsum liquefcit, in Epid. id forte est quod vocat consumptionem cerebri, Græcè *ἀλάωσις*, fit aqua quæ alluit & ambit cerebrum, & id quod influit (*ἑκπρόσει*) è venis (vox è venis non legitur) tenue est præ multitudine. Hippocrates insinuat & innuit conuulsionem Epilepticam fieri affluxu illius tetri feri in ambitum cerebri, nec requiri ventriculorum impedimentum.

Lib. 6.

Ad Apb.

si lib. 7.

Lib. de

sacro

morbo.

At omnes fatentur non oriri affectionem eam citra noxam ventriculorum. Et Hippocrates vocat, humorem repere in corpus cerebri. Et apud Gal. duplex est inane in cerebro; vnum intus, aliud foris. Illud in ventriculis, hoc in ambitu fortè ea opinio non caret patronis quæ tuetur in vetere cerebri vitio (vt in reliquo corpore hominum valetudinariorum quorum ventres pleni sunt sero) esse tabum, serum, aquam, *ιδρώτα* vt vocat Hippocr. siue in eo gignatur, seu liquefcite cerebro fit colliquamentum quoddam quod vellicans nervos conuulsionem affert. Cur non idem in cerebro contingat quod & in cætero corpore insit quidam sudor teter, putris resudans è cerebro vt reliqui sudores qui à Theophr. definiuntur per *ὑντηξιν*. Sudor enim est *ὑντηξίς-πς*. Et in eo libro ait à pituita cerebrum excedi. Si pituita vitiat dentem, cur non & cerebrum? Hinc Plin. Dentes igne indomiti tabe pituitæ cauantur. Quoniam disputandi æstus nos abripit, dicamus de sternutamento quod est Epilepsiæ affine. Inde eliciemus id quod morbum sacrum committit esse quid flatulentum, acre, malignum. Galenus causam & efficientem & materialem sternutamenti inquirens, ait, Spiritus causa est vel ab infimis partibus, vel ab ipso capite. Non quiuis humor causa est sternutamenti, sed ij soli sternutant quibus à capite humiditas

tas

tas aut est mordax, aut in flatum versa. Si quid acre nari-
 bus imponitur, homo sternuit. Et quod non quivis hu-
 mor sternuere facit, patet, sæpè enim multum cere-
 brum plenum est, non tamen sternuit homo. Quia duplex
 est humiditas, vna simplex, innocens, fatua, ἀπλος, alte-
 ra per colliquationem vt cum à sole aut vino calet. Subin-
 de homo sternutat quia is humor aculei quid habet. Plato *in Ti-*
 ait phlegma non esse molestum nisi in πομφόλυγας versum fue- *mao.*
 rit, id est, in bullas & flatulentum quid. Et id genus flatus
 sollicitat cerebrum. Et idem Gal. Distinguit crudum succum *i. de ali-*
 à pituita. Ille crassitiem habet, hæc humiditatem potius cum *men. c.*
 natura flatulenta.

Vnum restat quod negotium dat: sternutamentum à capi-
 te leuat & iuuat: an humor tenuis, & an crassius, an coctus,
 an incoctus. Galenus vult sternutamentum esse boni omnis
 & salutare (nam aliud est malum vt signum & vt causa) hu-
 more attenuato & rarefacto, à calore autem rarefacto. Nam
 rarefactio fit à calore natiuo vberè, quo imbecillo congeritur,
 & non discutitur materia. Vnde vulgò è Xenodochiis iubent
 ægros exire cum primum sternutant, quod bono id fiat omi-
 ne, & quod in limine sint sanitatis, quasi victore calore na-
 turali materia fit cocta & mitificata. Mirari subit cur Galen,
 Dicat in bono sternutamento humorem rarefieri. Contra enim
 fieri videtur. Nam initio sternutamentorum materia est tenuis
 & liquida, acris, idque initio morbi: sub finem morbi salu-
 ternutamento materia est spissa, crassa, glutinosa, linteis ad-
 hærens. In coryza idem fit. Nam initio coryzæ materia est
 tenuis acris, exurens, Ego non tenuis vt placet Gal. & tandem
 retusa ac mitificata acrimonia, humore non rarefacto, sed cras-
 siflore reddito coryza cessat. Humor vt verè coquatur requi-
 rit mixtionem, temperationem quæ facit vt humor non sit *Hippocr.*
 ἀκρητος, & concoctionem quandam. Quid ergo opus rare- *lib. de*
 factione in materia sternutamenti, cum ipsa tenuitas officiat. *veteri*
 Initio morborum ρευματικῶν frequentius sternutatur & inutilius, *medici-*
 & nil nisi ichor deurens excernitur. Id quod symptomaticum *na.*
 est. In fine morborum materia fit crassa, temperata, retusa,
 mansueta, minùs tunc sternutatur, & tamen remanet aliquid
 acriusculum quod pungit & stimulat. Hinc sternutamentum
 est motus inuoluntarius partim à morbo, partim à natura ex-

citatus. In morbo caduco idem fieri creditur, vt materia fit tenuis, ἀπέντος, pungens, acris, prouocetque naturam ad excutiendum. Idem materia rigoris facit. Idem materia quæ cæteras à morbo sacro conuulsiones facit: sic in morbo sacro, & sternutamento requiritur crassèfactio quædam humoris vt natura sit victrix. Nam coquendo natura intendit humorem reddere crassiforem, æqualiorem, mitiorem. Sic coctio fit incrassando vt constans est omnium assertio. Tamen Hipp. ait per putredinem omnia crassescere, imo aquam ipsam. Magna hîc quæstio est. Dicunt Auicennam statuere coctionem, nec incrassando nec attenuando fieri, sed ad æqualitatem quandam, vt ad iustitiam reducendo seductis rebus alterius generis. Modo autem generaliore coctio dicitur esse in humoribus, dum crassa tenuantur, tenuia incrassantur, lenta inciduntur, putria in pus vertuntur, & natura victrix dicitur significante coctione reductionem ad mediocre temperamentum. Si in morbo sacro tenuis & acris materia est quorsum angelica & pœonia cum requiratur potius coctio & incrassatio humoris? Quod

Apho. 5. lib. 7. Epilepsiam & sternutamentum creat natura flatulenta patet ex Galeno. Qui sani repente caput dolent, &c. Nam subitus dolor à natura est flatulenta, stertor à crassa materia vel in cerebrum lata, vel in eo mota, *καὶ τὸ μεταρρῶσιν*. Si lentus & frigidus foret humor, potius stuporem afferret, vt in attonito morbo videmus. Vnde Galen. Cerebro patiente, &

Com. ad partic. 20 lib. 1. Prorrh. in calido affectu non quiescit, at frigidi est immobilia tardaque reddere ea in quibus inest. Si pituita est frigida, qui punctiones, stimuli & motus conuulsiui? Ergo & flatus malignus, & materia quædam pungens requiritur. Vnde Hipp.

Lib. de flatibus. Flatus sanguini miscetur, & fit conuulsio Epileptica. At duabus de causis flatus excitatur, in frigida natura, si non est satis calor ad mouendum flatum, cerebri calfactio (agimus enim de effectibus flatuum in cerebro) in calidiore natura cum tota flatuum materia discutitur, si humor superfluat cui calor cerebri impar sit ad coquendum. Tunc ventres cerebri facilè flatu replentur. Sic calor & humor in cerebro sternutamenta tum mouent. Aër à pulmone elatus compresso confertim thorace, item & acre admotum nari sternuere facit. Ideo dicimus affines affectus Epilepsiam, sternutamentum & vertiginem: vi calor humor tenuatur in cerebro con-

tentus qui copia obruebat. Idem de Vertigine. Hæc mediam naturam tenet inter periculosas affectiones & non periculosas. Calor natiuus conatur humorem soluere, sed tenuare, & per meatus insensibiles excernere nequit. Cum languet omnino, non nititur soluere. Sic vertigo fit languente calore natiuo, sed non summè languente ex opinione Galeni. *f. Acut. PART. 424*
 Quod ad coctionem & attenuationem pertinet, dicimus aliud *ἀμὸν* crudum, aliud *ἀπτεπλον*. Coctum debere esse crassius, incoctum verò tenuius. Apoplexia fit potius à crasso & crudo succo, Epilepsia à tenui, incocto & pungente. Crudum crassum attenuatur coctione, quia τὸ ἐτερογενὲς excernitur, & dum ad æqualitatem reducitur tenuius redditur ad sensum, sed æqualius est in se, propterea crassus est vnitis similibus partibus, & dissimilibus excretis. Quod opus est caloris segregantis & vnientis. Sic aliud est crassum per coctionem, aliud crassum per cruditatem. In sternutamento initio humor & tenuis esse potest & crudus, qui tandem maturus crassescit, & salutare tandem sternutamentum facit: Potest & crassus esse initio, vt pituita salsa aut acida, quæ temperatur, coquitur, mitificatur. Et in coryza, & malignis destillationibus, & in catarrho liquante, & qui *Κυρτηπιχιδός* dicitur, vulgò *la Coqueluche*, non solum fit obstructio in meatu narium laborantium coryza, sed intemperies accidit spiritui ventriculorum cerebri, & ipsi cerebro, vt ab obstructione interna nasci solet. Vnde qui efflatur spiritus in vera & maligna coryza, igneus sentitur, & sensus frigoris ob pituitam, denique inæqualitas caloris & frigoris. Quæ mitescunt omnia per coctionem. Temperatio humoris acris, species coctionis est, attenuatio crassioris materiæ, & ad æqualitatem reductio, & in crassatio vera semotis iis quæ sunt *ἐτερογενῆ*, coctio quoque est. Vt ad rem redeamus & disputationis filum resumamus. Dicebamus non esse verisimile tantulum humorem viribus potentem ita obstruere posse ventriculos cerebri. Idem & de vertigine iudicium. Venenatus & crudus vapor qui palpitationem in corde excitat, in cerebrum elatus, & animales spiritus perturbans sine oppletionem tetra vertiginis autor esse potest. Eo mitificato, cocto, discussio molestæ circumactionis sensus desinit. Theophrastus non attingit vertiginem per affectionem cerebri, sed eam quæ à spiritu alieno elato qui currentem spiritum animale & ordinatum interuer-

tit. Interest autem vnde malum, ne temeraria sit medicatio. Non omne à visceribus malum est. Et fortè non recipiendus hic est Hippocratis textus; Quæcumque in capite sunt affectiones ex stomacho proueniunt, vt vomica, strumæ, dentium dolores, tonillæ, angina, suffocationes, &c. Contra libro alio caput omnium morborum penè fontem instituit. Sed hæc sunt alius loci & temporis. Vertigo aut à flatu, aut ab humore est. Aut à capite & in capite, aut à visceribus.

*Libro de
fruct.
hominis
qui liber
fortè nō
est Hipp.
De locis
in hom.*

*Gal. in
Pror. h.
partic.
In Conc.*

A cerebro, à particulari repletionem, ab intemperie inæquali, à cacochymia: aut à vitio ipsius cerebri (id quod in senibus fit, aut iis qui melancholia cerebri seu capitis laborarunt, aut qui magno mœrore, aut studiis literarum aut curis confecti sunt) vt in capite sit cachexia quædam, & διάθεσις quædam hectica ipsi cerebro inusta impreiisæque quæ elui & tolli non potest. Ea maximè vertigo sequitur veteres cephalalgias, aut hemicranias febris non est. De ea extat edictum Hippocr. Quibus sunt Cephalalgia & Echus siue soni varietas, sine febre, & vnà tenebricosa vertigo incidit, vocis tarditas, manuumque stupor, eos aut Apoplecticos, aut Epilepticos fore expecta: Id est, quæ vertigines à vetere vitio sunt cerebri; ferè Apoplexiam, Epilepsiam, aut syderationem capitis minantur. Eam non attigit Theophrastus vt in Medicorum studiis & studiis non versatus. Aut si cognouit, quoniam exactius Medicorum requirit iudicium & curam, aut quia immedicabilis est, dedita opera prætermisit. Nunc Theophrasti verba audiamus.



Ἰλιγιοὶ γίνονται, ὅταν ἢ πνεῦμα ἀλλότριον πρὸς τὸ κεφάλιν ἐλθῆ, ἢ ὑγρότης περιττωματικῆ, ἢ ἀπὸ τῆς βρογχίτιδος ἐκείνης, ὅσον ἢ ἔσιν, ἢ καὶ ἄλλὰ πινὸς χυλῶ, ἢ, τρίτον, ὅταν κινήσις κύκλω τὸ κεφάλιν. ὁ γὰρ τόπος ὁ πρὸς τὸ ἐγκέφαλον φύσει μὲν ὑγρὸς ἐστίν. ὅταν δ' ἐλθῆσι πνεῦμα ἀλλότριον, βιάζεται διαδύμενον, καὶ πρὸς τὰς φλέβας ὅθεν κύκλω τὸ ὑπάρχον ὑγρὸν. ὡς ἴσται πινὸς τὸ αὐτὸ συμβαίνει καὶ ἐὰν πρὸς τὸ κεφάλιν ἐλθῆσι κύκλω κινήσις τὸ κεφάλιν. ἔστι γὰρ ἀφ' ἧς φέρει ἔξωθεν ἢ ἔσωθεν εἶναι τὸ κινῆσαι, ὅσον οἶον δίνης πινὸς τὸ φορέας τὰ ὑγρὰ, μὴ σιωπηλῶς ὁμοίως. ἀλλ' ἐν τῇ κινήσει ἔστω ὑπερῆντος, ἔστω δὲ ὑπερῆντος, τὸ ὑφιστάμενον ἀπικρῶν ἴσται. τὸ δ' ἴσταιμενον ἀφ' ἧς τὸ μὴ ἰσορροπεῖν ὁμοίως αὐτῇ, ἢ ἀνρῆσι τῆς φέρειας, καὶ τῶν ἰλιγίων πινῶν

ἢ καταβάλλει πολλάκις. αἴτιον δὲ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ὑγρὰν ῥαδίαν
 ἐρέφιασθαι, ἢ δινεῖσθαι διὰ τὴν λεχθεῖσαν αἰτίαν, ὅτι ἔστιν ἡ
 πλεονεχία γὰρ συμβαῖνον, ὡς ἐστὶν ἐν τοῖς ὁμοῖς τοῖς ὁμοῖς. ἔτι
 γὰρ τὰ δὲ δύναται δινεῖσθαι διὰ τὴν ὑγρότητα σφάλλεσθαι, τὰ δ' ἐφθὰ
 δύναται, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ σφάλλον ὑφιστάμενον, ὅπως ὄντος ἢ
 ἡμιεχέως. αἱ μὲν ἔν αἰτίαι σχεδὸν αὐταί, ἢ τοιαῦται τῶν παλαιῶν.

Vertigo nascitur, quum vel alienus spiritus in caput ascen- 1.
 derit, vel humor excrementitius, siue is alicuius alimenti
 propria vi, vt vini, siue alterius cuiusdam succi vitio genitus
 fuerit, vel etiam, quod tertium est, quum caput quispiam in
 gyrum circumegerit. Capitis enim locus naturā suā humidus 2.
 est. Quum autem alienus quidam spiritus eò peruenerit, per
 venas permeans vim infert, humoremque qui in iis continetur,
 torquendo, conuertendoque, variè exagitat. Quare idem
 omnino fit, atque cum aliquis de industria caput in orbem cir-
 cumducit. Nihil enim interest, an motu cieatur interno an
 verò externo: cum instar vorticis cuiusdam humoris motio rata
 & constanti continuatione careat. Verum cum in omni motu 3.
 aliquid postremum sit, aliquid etiam primum, id quod subsistit,
 dum alterum repellit, eius motum sistit: quod verò sistitur,
 quia parem progressionem non habet, quamcumque viam na-
 ctum fuerit per eam defertur, atque tum vertiginem inducit,
 sæpe etiam in terram deiicit. Hoc autem ideo fit, quòd quæ 4.
 humida sunt facile conuerti & inflecti nequeunt, ob eam cau-
 sam quæ adducta est: nempe quòd coherente & continuata
 natura carent. Etenim tale quiddam iis contingit quod ouis 5.
 crudis. Non enim conuerti possunt, quia fustum humorem
 habent: cocta vero possunt, quia id quod subsistit, Græcè
 ὑφιστάμενον, vagum & errantem motum non habet, vnito iam
 & continuo humore. Sunt igitur fortasse tot & tales huius
 affectus causa.

COMMENTARIUS.

IS non sum qui ex aliorum incommodis mea mihi compararem commoda: & mihi laudem quæram aliorum detrimento. Id ad pessimum & vācors hominum genus pertinere ait Terent. Charinus adolescens apud Comicum. Agnosco Grangerium in An- fidelem interpretem, agnosco & concisum breuēque Scholias- dra. tiam. Is sua laude fraudandus non est. Huic fortè vt instauratori non minor laus debetur, quàm primo parenti Theophrasto. Perierat exposititius hic fœtulus semilacer & mutilus, ni ille subuenisset manūque supposuisset. Lacunas multas repleuit, & quasi in vetere ædificio lapsabundo & caduco ruinas reformauit. Id operam sum daturus vt accessione mei laboris ad interpretis & Scholiastæ primos labores, commune quid resultet quod authori vtrique, & mihi laudi ducatur, & pariter Rempub. iuuet & soletur.

Quæri meritò hîc potest quî fiat vt vapor à vino, aut humor alienus vertiginem moueat, cum multifariam cerebrum incalescat ac refrigescat nullo tali oborto symptomate. Sed quod admistio rei alienæ, aut cerebri humectatio & refrigeratio magni momenti sit (cum mens & hominis ratio in bona temperie eius consistat) inde patet quod vapore alimenti statim animans indormiscat, & quasi ligatis sensibus relangueat. Imò mortis adest imago, peregrinæ opiniones oriuntur: denique hominis prudentia mutatur, & quasi percellitur. Nec mirum si facilè aliquando vertigo contingat. Quòd in alia parte corporis ne naturam quidem moueret aut iritaret, idem in cerebro & membranis eius terrificum quid affert. Sed quis, qualis vapor aut quomodo afficiat non facile est assequi: vt enim cerebro non quouis modo aut pleno, aut humectato, calefacto aut refrigerato sternutatio contingit (alioqui sternutamenti non esset finis) vt antè dictum est, sed si humor aut in flatum versus sit, aut acrimoniæ sit particeps, sic non à quouis humore aut vapore, aut quomodo libet sit vertigo. Idem iam de Epilepsia est dictum. Credibile est non repetendam causam à crasso, frigidóque humore, at potius à tenui, maligno, & à tabo quodam in cerebro ge-

*Horum
Aemon-
ratio
ex lib.
Hipp. de
insom-
niis.*

*Galenus
hac opi-
nio est.*

THEOPHRASTI DE VERTIGINE. 15

nito. Declarat facilis solutio. Declarat curatio. Nam Epilepticis cauteria adhibentur capiti. An educitur ista materia lenta & crassa? Teter vapor. Serum putre illac effluit, aut malignus quidam spiritus. Præterea consideranda est ratio ipsius subiecti. Sæpè enim in eo cerebrò est διάθεσις author reducis paroxysmi. Id enim passim Gal. docet. Hæc imprimatur membranæ & ipsi cerebro. Quò pertinet Aëtij locus ex Archigene; multi assiduo vsu hieræ Archigenis Epileptici & melancholici curati sunt, cum nullam excreuissent bilem, sed malos habitus membranarum cerebri exterendo. Ideo parua quantitate dabatur hiera, vt non tam manifesta euacuatione conferret, quàm τὴν διάθεσιν tollendo. Subdit Aëtius; Melancholici non tam dicendi sunt qui bilem atram excernunt, quàm qui in partibus solidis habent eam constitutionem.

Lib. 4.
Aphor.
Quibus
rigores,
&c.

Serm. 2.
terribili

TEXTVS.

Cum vel alienus spiritus, &c.

I.

Galenus aliàs alienum spiritum ad vertiginem, aliàs humorem requirit. Vertigo fit (ait) mota humiditate cum crasso & vaporoso spiritu. Ac si crassus & nebulosus spiritus non sufficiat. Alio loco, vertiginem facit motus inordinatus vaporosi spiritus qui in partibus circum cerebrum fit. Græcè ἐν τοῖς χερίοις καὶ ἐγκέφαλον. Sæpè in ventriculo colliguntur superflua vnde in cerebrum αἰαθυμιάσις efferuntur in caput, hinc vertiginis occasio. Illo loco Galenus agnoscit, τὸ πνεῦμα ἀλιμῶδες, non τὸ ὑγρὸν, & tamen loquitur de vertigine senum in quibus, si aliàs, excrementa multa colliguntur. Sunt enim parte solida ficci, excrementis humidis. Vnde paulò post quæritur. Cum senum cerebrum sit ficcius quàm fiant vertiginosi? Siccitas enim vertiginem impedit duplicem statuius vertiginem vnam per propriam affectionem cerebri, hæc deterior est, tenebricola ferè, & præcursor Epilepsiæ, aut Apoplexiæ. Theophrast. addit disunctionem ἢ, vel humor αἰετῆωματικός, vel Spiritus. Galen. iungit spiritum cum humore vt dictum est. At spiritus est tenebrosus

Comm.

Com. ad
A. h. 17.
lib. 6.

& vapor qui comitem habet humiditatem. Apud Gale. nomen ἄλιγος sumitur & pro ea vertigine in qua sola, est spirituum turbatio & anomalus motus, & pro ea in qua tenebræ obuersantur. De posteriore agit præsertim Gal. vt de deteriore, & sub qua fortè simplex faciliè comprehendi & intelligi queat. Idem fuit fortè Theophrasti institutum. Vt summam dicam causarum vertiginis aliæ sunt procatartica, aliæ antecedentes, sunt & coniunctæ, vt in aliis morbis. Inter autem procatarticas numerantur circumactus, rotationes, solis æstus, casus, ictus, insolatio: Denique quicquid spiritus aut humores calfacit aut exagitat, id ipsum potest vertiginem inducere: Antecedentes à Theophrasto numerantur. Et pro coniuncta præcipuèque vertiginis causa debet facultati imaginatrici similis species repræsentari iis quæ foris apparent, crapulæ, cruditas, vinum aut immodicum, aut vitiosum. Et id de externis: vt motus inordinatus ipsius spiritus animalis hyperxin constituit vertiginis. Alienus enim spiritus, vel humor vim affert spiritui proprium motum cursumque currenti. Vnde inæqualitas est in motu, hinc vera nascitur vertigo. Causa coniuncta vel est in cerebro vt inæqualis intemperies, vel in latente viscerum vitio.

T E X T V S.

2. *Capitis locus natura humidus est.*

Comm. **F**undamentum hîc maximum est quod corpus cerebri humidum sit. Miror cur author non dicat absolutè (cum tamen id pronuntiandum esset) cerebrum esse humidum, sed τὸ πῶς περὶ τὸ ἐγκεφάλου ὑγρὸν εἶναι. Nam locus circa cerebrum ficcus & frigidus est, sunt enim ossa & membranæ quæ eum constituunt. Vertiginis autem facilitas ex humiditate cerebri pendet, vt postea dicetur. Cæterùm de cerebro, an sit humidum, & cur ita sit (nec abs re Natura ita fabrefecit & finxit) ex Hippocrate deriuare oportet. Primò in Epistolis & libro de Carnibus, exprimit cerebri ὕγρασις, cuius maximè ratio habenda est. Cerebrum sedes est & metropolis frigidi & glutinosi. Quod calefcit primum omnium cum diffunditur pingue fit. Et cerebrum quia minimum pinguedinis, pluri-

*Lib. de
Carni-
bus.*

plurimum glutinosi habet à calido exuri nequit, &c. Et Hippoc. Insanienti necesse est præ humiditate moueri, cum plus æquo humidius fuerit. Eo commoto nec visus, nec auditus quiescit, sed alia atque alia audit & videt. Fortè id dicit quoniam vulgo dicitur, in sicco prudentia residet. Et motus iste erroris causa est, quia quoad cerebrum quiescit, homo sapit. Et ea cerebri humiditas hinc ab authore causa est cur homo vertiginosus fiat, nequeuntibus præ humore omnibus partibus cerebri commoueri & conuerti. Humiditas & glutinum quoddam in cerebro & commoda habet sua & incommoda. Vertiginis maxima causa ex eo pendet vt dictum ante, & plenius dicitur. Et cum à bile & pituita cerebrum afficiatur vt Hippocr. docet dum rationem reddit cur homines delirent, ipsùmque cerebrum humidum sit, perspiratu eget. Ideo natura futuras affinxit, & ossa perspirantia dedit: ea alioqui pars afficeretur & corrumperetur. Id quod Arist. in Problem. docet: dum quærit cur quibus rari dentes, breuioris sint vitæ: Quoniam os capitis densum est: & cerebrum imbecillius quia minus perspirat, idèd facilius putrescit, vt pote sua natura humidum. Quæ non mouentur, & non exhalant faciliè putrent. Mas diutius viuit quàm foemina futurarum suarum beneficio. Et Hippocr. Caput & lien maximè patent morbis. Ægrotant & ab iis quæ natura insunt, & ab aliis humoribus, & ab externis. Caput supra situm est cauum ac rotundum, & humorem ex reliquo corpore apprehendit, corpus enim vapores omnis generis in caput remittit, & rursus caput relegat, cum non maneat in capite nisi ipsium doceat ait Hippoc. Maximè autem & faciliè ægrotat quia corpus est simile glandulæ, album est & friabile more glandularum ait Hippoc.

In Epist.
Idè lib.
de sacro
morbo.
Quod an
verum
sit, vi-
dendum.

In Epist.

Pro-
ble. 47.
lib. 10.

4. de
morbis.
Hippocr.
lib. de
Gland.

Lib. de
Gland.

T E X T V S.

Verum cum in omni motu, &c.

3.

EX ea demonstratione pendet vertiginis cognitio. Fit enim repercussus & repulsa vaporum aut flatuum alienorum sese cum naturalibus spiritibus & humoribus insinuare conantium, & locos & canales occupare contendentium. Hinc motus fit

Comm.

C

internus, alienus tamen & repercutitur id quod subit tanquam alienum: Et cum repercutitur quia non habet quo se referat, non habet liberam ῥοπήν καὶ περίσβεσιν, quocumque potest se proripit. Sic modo extraordinario cerebri partibus & humoribus motis, periculosa & caduca vertigo oboritur. **Constans motio abruptitur, nec suam habet continuationem.**

T. E. X. T. V. S.

4. *Hoc autem ideo fit, &c.*

Comm. **I**am diximus quantum conferat humiditas cerebri tanquam τῆ ἐπιδακτικῆ ad veram vertiginem. Et cum loquimur de humiditate, audimus & de naturali humiditate cerebri, & de humoribus ipsis. De eo tanquam subiecto, de his tanquam causa materiali. In corpus siccum non tam facile cadit flexibilitas & conversionis facultas. Corpus humidum fluit, & verti totum non potest, hinc vertiginis occasio. Fit enim διάσπασις, & interruptio, quæ in corpore rigido & sicco non fit. Et paulò antè degustauimus tantum labris extremis quæstionem de senibus. Hi vertiginosi fiunt. Et tamen cerebrum eorum passum est quandam ἀνάλωσιν per ætatis fluxum & fluxum. Si partes sicciore & internæ & externæ, cur ita vertigine capiuntur. Id enim facit contra fundamentum quod est constitutum. In senibus partium solidarum quædam siccitas est, sed est excrementitia humiditas qua partes rigantur. Nec eo siccitatis venit senum cerebrum ut non mollè sit. Idem fit quidem in senibus quod ante in ouibus fieri diximus. Eroditur cerebrum, liquatur, diffluit, dilabitur. Hinc seri putris collectio. Inde dolores, vertigines, & tussis cum serum putre à capite in asperam arteriam delabitur. Sic in senibus est ea putris pituita, calor nativus infirmus. Caloris enim infirmitas ad vertigines facit. In senibus multa est cruditas. Et quod maxime notandum est, in eis est μαεσπιότης, & vasorum & meatuum ὑμπλωσις coniuventia, collapsus, Hinc vertiginis & apoplexiæ opportunitas. (Galenus Comm. in Aphor. 31. lib. 3. docet & cur senes quidam sint vigiles, alij non. An sint sicci, an humidi: locus est vberimus.) Vnde diximus antè duplicem esse obstructionem attenuatiuam (per

vaforum coniuentiam) & oppilatiuam : verba quidem sunt
 asperiora, sed efficaciora. Siue sit vera obstructio, siue per
 collapsum viarum vaforumque, & vertigo & apoplexia & epi-
 lepsia hinc nascendi occasionem nanciscuntur. Maximè verò
 graues hi affectus vertigini succedunt ei quæ per proprium
 affectum cerebri fieri solet. Præsertim si inueterarit. Dia-
 thesis enim nescio quæ in partem principem inducta est:
 Talem ad vertiginem non penetrauit Theophrastus, sed
 ad vulgarem tantùm. Sic & ea vertigo & morbus atto-
 nitus cerebri affectus proprius dicitur morbus attonitus affe-
 ctus quidem circa voluntariam actionem, qualis in senti-
 endi actione somnus profundus. Et in Epilepsia conuulsio
 est eiusmodi qualis in sentiendi functione vigilia præter na-
 turam, vigilia & conuulsio sunt vt motus vitiosi cerebri, ideò-
 que partium sigillatim omnium quatenus instrumenta sunt
 animalia non naturalia. Et in ea vigilia non naturali cere-
 brum deprauatè agit quia intempestiuè facultatem transfundit
 ad sensoria externa nullam quietem impertiens. At apoplexia
 & somnus profundus sunt actionum cerebri quædam quies
 & cohibitio coërcitióque. Et morbus aut in collo est, aut in
 spinali medulla, aut in crure, quia laborat neruus motum aut
 sensum parti transfundere consuetus: Deinde addit Gal.
 Quæ verò causa sit conuellendæ partis, non est facilè dicere.
 Hic immodicatum vigiliarum causam, vim & cum conuul-
 sione conuenientiam spectat: has immoderatas vigilias crudi-
 tates cerebri, flatus, ac inde vertiginis occasio consequitur.
 Nam sibilum, tinnitum, suffusionem & pessimum morbi ge-
 nus vertiginem gignit. Nisi dicas cruditatem cerebri potius
 somni causam quàm vigiliarum. Et vertigo tam vigilibus
 quam somniculosis contingit. Vt Epilepsia & acuto sensu præ-
 ditos, & obtuso corripit. Hæc prolixius paulò vt vertiginem
 plurius faciamus quàm fieri solet: cum in magnum discrimen
 nos conicere soleat.

TEXTVS.

5. *Nam quiddam iis contingit quod ovis crudis, &c.*

Comm. **C**omparatio de ouo est satis concinna, & apta. Aristo.
 23 **C**teles ita; Oua cruda diuiso ac disperso humore, non ver-
 23 tuntur quia humor vnitur qui per motum dispergitur. Ideo
 post motum sedatur per quem humor modo equali quaqua-
 uersum se porrigit. Hac comparatione intelligitur vis sessio-
 nis & motus, non vt de conuersione oui agatur. Nam ouum
 crudum non benè vertitur, & homo crudus, id est aut vino
 aut cibo repletus, vertigine corripitur. Sed hæc non sic sunt
 audienda. Cæterum seu spiritus crassus vel turbidus specte-
 tur, siue humor instabilis, vt fiat vertigo magna est contur-
 batio & velut seditio, vt alia præcedant, alia sequantur, alia
 conuoluantur, alia remeent & reciprocentur, quia spiritus æ-
 therei obscurantur, meatus offarciuntur, fluxus ac refluxus
 liberque motus spirituum impeditur, qui sunt æquales & or-
 dinati ad ipsius animæ tanquam Reginae ministerium iussaque
 exequenda. At natura nil extraordinarium & anomalum,
 ferre solet. Omnia suis momentis dispensat ac dispungit.
 Ideo initio dicitur author dixæ vertiginis spiritus ἀλλότρετος, aut
 humor. Et quodam loco in Vertigine Galen. ait τὸ ὑγρὸν
 μετὰ πνεύματος παχέως moueri, non autem dicit τὸ ὑγρὸν ἀπὸ
 τῆ πνεύματος κινεῖσθαι. Alio loco ait motum inordinatum au-
 ctorem esse vertiginis. Non meminit humoris, sed spiritus
 folius.



Aν δὲ συμβῶναι γίνεσθαι τὰ κατ' ἐκείνην οὐδὲν ἄλλο
 ἢ πρὸς αὐτὰ ἀνάγειν πειρατῶν. οἷον διότι
 κύκλω θεωπαύοντες ἰλιγισίαι. καὶ ἐπὶ μᾶλλον καὶ ὅσοι αὐ-
 τὰ ἐλάττω κύκλον θέασι σφοδρότερον καὶ ἐὰν μετὰ πολλῶν
 ἢ μόνοι. καὶ ἐπὶ ἀειρεσι γέοντες, μᾶλλον ἢ ἐπὶ δεξιῶν.
 καὶ οἱ μακρότατοι δὲ μάλιστα. πάντων γὰρ τέτατον, καὶ
 εἴ τι ἄλλο τοῖσιν, ἐν τοῖς ὑπερον εἰρημύοις ἀπῶσαι. Εἴ πορ γὰρ ὁ
 ἰλιγισ γίνεσθαι ἐὰν τις ἐν τῷ αὐτῷ φρέφῃ τὴν κεφαλῆν, δῆλοι ὡς
 εἴ τις ἐγγὺς τῷ φρέφοιτο, τὰ γὰρ ἐὰν καὶ μάλιστα τῶν λοιπῶν ἰλιγισίαι
 ἐγγύτατα δὲ ὁ ἐν ἐλάττω κύκλω φρέφον, καὶ ὅσοι αὐτῶν μάλιστα.

διότι οἱ θεοίτες τῶν ἀειπαύτων, καὶ οἱ θαλάσσι τῶν βροχέων. γίγνεται γὰρ ἐγκεκλιότες πρὸς τὸ κέντρον, ὡς ὅταν καὶ εὐθὺ τὰ μήκη αὐτῶν ἐκπίπτῃ πρὸς μίαν κορυφὴν, συμπίπτει, καὶ γίνεσθαι κῆνοι, βάσι δ' εἶναι τὸ κύκλον. διὸ συμβαίνει καθάπερ ἐν τῷ αὐτῷ γέφυρον τὸ κεφαλίον, καὶ ὅσοι ἀν' ἐλάττω κύκλων μάλλον, ὁξύτερος γὰρ ὁ κέντρος, καὶ ἐὰν ἴσῃ πλεονάκεις ἐν τῷ γένεσθαι καὶ τὸ ἴσον γέφυρον, καὶ τοῖς μακροτέροις δὲ μάλλον, ὅσοι ἐγκλείσθαι. ἐξυτέρω γὰρ ἐχθρὸν τὸ κεφαλίον ὁ μείζων, τὸ δὲ κῆνος κορυφῆς. διὸ σχεδὸν ὡσαύτως ἐν τῷ αὐτῷ συμβαίνει ἴσῃ ἔχοντα τὸ κεφαλίον. ὅταν δὲ μάλιστ' ὁ ἰλιγγῆς. καὶ οἱ ἐπ' ἀειπρῶν θεοίτες τῶν ἐπὶ δεξιὰ μάλλον ἰλιγγῆσι, ὅτι μάλλον ἴσως γένοιτο, καὶ ὁξύτερον ποῖσι γωνίας πρὸς τὸ κύκλον. ἐμβριθέστερα γὰρ ὄντα τὰ δεξιὰ, πρὸς ἀποβιάζονται μάλλον αὐτοῖς ἀπὸ τῆς ἀδύναται τῶν ἀειπρῶν. καὶ ἐὰν μετα πολλῶν γένοιτο μάλλον καὶ ἴσῃ τῶν κέντρων. πρὸς γὰρ τῷ κύκλῳ περιφορᾷ καὶ ἡ ὁμῆς αὐτῆς πρὸςβάλλουσα τοῖς θεοῖς, καὶ σωφῆς ἔσται, τῷ ἐγκεφάλῳ ποῖσι πῆλα κίνοισι ἐτέρω καὶ θαλάσσι. διὸ γὰρ τῶν ἐξω ἀπὸ τοῦ κέντρου καὶ πρὸς τὸ κέντρον ὡς ἐπὶ καὶ ἐκτερον ποῖσι τὸ ἰλιγγῆς, οἷον ἢ ἐκ κύκλου κίνοισι τὸ κεφαλίον, καὶ ἡ ὁμῆς σωφῆς βλέπουσα τῷ κύκλῳ κῆνῶν, ἐξ ἀμφοτέρων ἕλθον ἴσῃ καὶ μάλλον γίνεσθαι τὸ πάθος.

Verum à quibus singula quæ sæpe in questionem vocantur fieri contingat, ut ad eam danda nobis est opera. Eius generis sunt hæc. Quid causæ sit cur qui ambulando in orbem feruntur vertigine tententur: nempe cur eo magis quò minor est orbis, & celeriore cursu voluntur: præterea cur potius qui cum multis circumaguntur quam qui soli: & qui ad sinistram deflectunt magis quam qui ad dextram: & qui diutissime, omnium maxime in vertiginem incurrunt. Harum enim rerum, & reliquarum id genus, si quæ sunt, causa in iis quæ proximè sequuntur explicanda proponitur. Si enim vertigo inuadit si quis caput in orbem torquet, manifestum est eum qui huius instar conuertitur inter ceteros celerrimè maximeque vertigine tentari: proximè verò eum qui angustiore orbe circumagitur, eoque magis, quò celerius. Propterea qui currunt, magis quàm qui ambulant in vertiginem incurrunt, itèmq;

qui festinanter, magis quam qui lente. Currunt enim in centrum inclinantes: quia dum ipsorum longitudines recta labuntur, in vnum apicem conueniunt, coniungue efficiunt, cuius basis est circulus. Quamobrem idem ipsum fit quod vbi caput circumagitur: precipue vero quod minor est orbis (conus enim acutus magis est) atque etiam quod celerius talis conuersio aequali temporis interuallo saepius repetita fuerit: idque quibus procerum magis est corpore, quod magis inclinantur. Qui enim procero magis est corpore, coni apicem capite propius attingit, adeoque fit vt caput illius cum huius altitudine aquetur. Sic autem vertigo maximè inducitur. Qui vero cursu magis sinistram petunt vertigine magis tentantur quam qui dextram, quia magis fortasse nutant, atque angulum acutum magis describunt, dum in orbem torquentur. Cum enim dextra partes grauiores sint, magis urgent, atque in interiorem partem magis propendent, ob sinistrarum infirmitatem. Quinetiam si cum multis cursu ferantur, promptius multo in vertiginem incidunt quam si soli: quoniam corporis in orbem contorsio, aspectus etiam ipse in eos qui currunt coniectus, vnusque ac continuus, in cerebro motum quendam alienum & tumultum excitat. Nam tum ab iis que intro geruntur, tum ab iis que foris adueniunt dispergitur. Itaque quando vtrumque vertiginem inducit, capitis nimirum circumactio, & aspectus in eos qui currunt continenter defixus, consentaneum est maximè ab vtroque hunc affectum creari.

COMMENTARIUS.

Ante de causis conuersionis ἀπὸ τῆς ἐξωθεν, & ab internis partibus nunc πρὸς ἐπιδιδυμῶν agit cum eo modo aut illo affectum est. Et licet scopus sit authori agere de vertigine quæ fit per consensum (nec enim eam quæ proprio affectu cerebri contingit, quæque est medica contemplationis, complectitur) tamen hic ex vertigine quæ fit capite circum-acta; docere vult omnes totius corporis in orbem conuersiones vertiginis autores esse. Et varias formas explicat à motu, à loco breui aut non, à motu in sinistram aut dextram, motu in orbem celeri, tardo à figura, à tempore. In tempore duæ sunt differentiæ diurnitas & celeritas, quanquam celeritas ad motum potius refertur.

Miranda est profus diuinæ sapientiæ efficientia & vis inexplicabilis. Nam cum homo sit cælestis, & natura os illi sublime dederit, tamen licet & ei caput sphæricam formam habeat, magnæque pars membrorum perfectæ rotunditatis venustate gloriari possit, motus sphæricus homini nocet. Ex septem differentiis motus, septimus sphæricus qui cæteris præcellit, & qui corporibus cælestibus proprius est, solus homini non conuenit: grauem alioqui vertiginem apoplexiæ diræque mortis prænuntiam incurret. Quæ hæc fatalis conditio; homo à cælis ortus sphæricis, in mundo sphærico natus sphæricam dignitatem in capite & aliquot partibus formâ sortitus, motum eius sphæricum imitari non audebit? Casus alioqui præceps, cum nec audiat sæpè, nec videat & quasi extra se sit. Motus directi illi sunt innocentes, sphæricus, nocentissimus, maximè si caput (quod quasi corporis cælum est) conuertatur. Et tamen licet motus oculorum ad cælum ut ad originem hominis, sit vertiginis causa, id alia ratione intelligendum est. Defixio & contentio oculorum in rem obiectam, & eorundem in profundum directio vertiginem inducit: sed id ubi immodicum est. At rotatio & circum-actio omnium facillimè vertiginis autor est. Vnde & dirum nomen vertiginis sortem quandam in rebus humanis miseram

indicat. Vt rerum vertigo sit misera & tumultu plena conuersio, cum omnia circumactu quodam & mixtione rerum pessum dicuntur dari. Et iniquo Vertumnio homines nati dicuntur quorum cogitationes, & consilia sunt varia, instabilia, volucra vt ex iis nil resulter & manet præter fucum & pappos. Mirum tamen cur motus iste orbicularis & vorticosus, tam sit & ominosus & sinister, & aliquid læuum significans cum olim apud sacra puluinaria deorum supplicationes & decernerentur & fierent, idque in orbem quod iste motus orbicularis faustior videretur. Imo nostra circularis vita dicebatur vt eius lubricum & inconstantia significaretur, & omnium rerum ad idem punctum conuersio. Vt rem absoluamus, Cerebrum & caput sunt magni momenti. Ideo antiquitas voluit (id quod figmentis eius innotuit) homines velato capite incedere. Sic enim caput veneratione & religione aliqua obseruabant, quod in eo esset arx & præsidium ipsius rationis, à quo & per tubos sensus & motus in cæteras partes deriuaretur. Immo natura (si modo in eo non tam cauta matris quam incauta nouerçe vices agat, in ipsa fœtus formatione amplum, magnum, & ipsa proportione cæteris membris inæquale fabrefecit. Imò multum sanguinis & spiritus & humoris mucosi reposuit ac reseruauit tanquam in penu quodam, vt habeat quo se tueri possit, & vt aliudè non mendicet. Sed ista supellex, ista annona quam cerebrum tanquam arx firma & promus condus reseruat, magna mercede & incommodo compensatur. Nam infans ad lachrymas abiectus, gressus impotens & vilis iacet, capite scilicet reliquum corpus prægrauante. Vnde huc pertinent duo loci notâ digni, vnus Aphrodisæi, alter summi Hippocratis. Ille quærit qui fiat vt cætera ab homine animantia statim nata vsu pedum à natura concessa progrediantur, homini id boni natura inuidit: Quoniam (ait) bruta calorem natiuum omni ex parte, & in omnem partem parem diffusum habent, plus caloris in capite homines habent: itaque non ante eriguntur & ambulat, quam æqualiter in omnes corporis partes calor diffundatur. Nisi quis dicat, si plus caloris in capite, calor autem ad motum faciat quia corpus mobilius reddit, homo prius incedere debet quam belluæ. Crassius est caput collatum cum reliquo corpore, calidius (ita videtur Alexand. Aphrod.)

Est etiam

Proble.
to 6. li. 2

Est etiam multus mucus & crudus humor quo calor hebescit, & hoc modo quasi obruitur.

Alter ex Hippocrate locus cuius intelligentia ad tractatum *Lib. de*
de vertigine conferet. Ita Hippocrates : Corpus pueri in *sacro*
ytero matris repurgatur. Cerebrum, vt & cæteræ partes ef- *morb.*
floreſcit & purgatur. Id fit vel intra, vel ſuprà vel infrà *cc*
modum : ſi probè ac moderatè purgetur, nec plus nec minùs *cc*
deſtuat, huic foëtui caput valdè ſanum eſt. Si amplior colli- *cc*
quatio (ἀπάτηξις) à toto corpore fuerit, creſcens foëtus mor- *cc*
boſum caput habebit, & ſonitu plenum, nec ſolem, nec fri- *cc*
gus tolerabit : Si purgatio non contingat, ſed in cerebro ſpiſ- *cc*
ſetur & cogatur, foëtus pituitoſus erit imo ſi pueris erumpunt
vlcera, in capite, aut auribus, aut reliquo corpore, ij ſani
degunt. Alio autem loco motus iſtos ad numerum quendam *Libro de*
quadragenarium in ytero referri vult. Vnde ita ait ; Qua- *oſtima-*
dragenarij primùm in foëtibus indicant. Qui primos dies *ſtri par-*
quadrageſima egerit, effugerit quoque abortum. Nam ſi aliàs, *tu.*
in primo quadragenario abortus fiunt. Alius eſt quadrage-
narius in quo circa menſem octauum foëtus ægrotant. Tertius
eſt in quo ſi naſcuntur pueri, affliguntur, ſi eos effugerint
& exegerint, robuſti ſunt ac ſapientes. Nam & ſplendores
facilè vident, ſtrepitum audiunt, quod antè facere non po-
tuerunt, tanquam incrementum habeat hoc tempus (Græcè
ὄψιδον, aliquid aliud ſonat quàm incrementum.) tum iuxta
alia, tum circa ſapientiam. Maximè verò quod vix rideant
prius quam quadrageſima dies tranſierint. Nam puerorum
αἰδύματα ἀμβλυόνοια ἐν μύξει : lego, ἐν μύξει : hebetan- *cc*
tur facultates in mucus, id eſt, in pituitis quibus ſcatet cor- *cc*
pus, & caput maximè puerorum recens in lucem editorum.
Deinde addit, ἐὶ θάνατος ἄρα μίσην ἔλαχεν, Mors fato quo- *cc*
dam eis & forte contingit. Quæcumque etiam orta ſunt na-
turales quaſdam conuerſiones & mutationes certis ſtatisque
temporibus fortiuntur. Eſt autem obſeruatione dignum in
nouem menſibus octo quadragenos conſiderari. Sextus qua-
dragenarius cadit in octauum menſem, in nonum ſeptimus,
& incipit octauus quadragenarius. Octo completi quadra-
genarij ſuperant nouem, menſes. Vnde eodem libro de ſe-
ptimeſtri partu vocat natos in ſeptimo quadragenario deci-
meſtres. De motu orbiculari dictum eſt cur tantoperè offi-

D

ciat homini cum ad formam circuli quasi sit effectus & formatus. Calor disputationis incendit nos, & plura, quam institutum fuerat, dicta sunt, sed non omnino negligenda.

TEXTVS.

3. *Ideo qui currunt, &c. currunt in centrum inclinantes, &c.*

COMMENTARIUS.

KENTPON, centrum, Conus, umbilicus, punctum synonyma sunt. Ac paulò post dicetur de diuisione motus spiritus in rebus leuibus ac grauibus, id quod ad vertiginem inducendam apprimè facit. Graue in medium tendit, leuia ambitum petunt: & ob eam desertionem tumultus excitatur. Nunc de iis qui currunt, & qui festinanter currunt cur facilè vertiginosi fiant, explicat. Ratio in-textu aperta, & in Commentario apertio est. Transít enim à capite ad totum corpus: vt exemplo capitis, cuius conuersio statim vertiginem inducit, de cætero corpore determinet.

TEXTVS.

4.

Cum enim dextræ partibus grauiores sint, &c.

COMMENTARIUS.

Questio esse potest an dextræ partes sint grauiores & ponderosiores. Hinc enim elicitur probatio cur qui cursu in sinistram potiùs partem vergunt, vertiginem potiùs sentiant quàm qui in dextram. Illud notum ex Hippocrate;

» Corpora quæ exercentur & partes, magis sunt sanæ, faciliùs
 » crescunt & senium faciliùs ferunt. Vnde Celsus, Corpora
 » quæ exercentur faciliùs curantur. Eiusmodi sunt partes dextræ: præsertim de dextris hominibus, non de his qui sola sinistra vtuntur. At maxima pars hominum dexterá est. Ex Hippocratis sententia dextræ partes sunt calidiores, efficaciores, sinistrae sunt frigidiores, ideo ponderosiores. Et in

Lib. 3. libris de morbis cum de sectione purulentorum agit Hippoc.

ait, Oportandum esse ut pus sit potius sinistra quam dextra parte. Morbi partium dextrarum sunt fortiores quam sinistrarum. Ac si dicat Hippocr. Cum fortiores sint dextræ partes non tam facile de sanitatis præsidio repelluntur quam sinistra: ideo cum semel laborant, morbos fortiores experiuntur. Item Hippoc. Magnam vim in corpore habet mamma dextra, oculus dexter. Dextra sunt calidiora, vegetiora, agilia: sinistra inualida, imbecilla. Unde etiam nomen Sinistri aliquid ominosum significat & sinistrum. Sic Theophrastus debuit dicere partes dextras esse fortiores, sed non grauiore. Id quod validum est vrget, trahit & rapit secum imbecillum. Nec prætereundum id quod Aristoteles scribit de partibus dextris: Reddit rationem cur facilius somnus obrepat accubitu in dextrum latus, quam in sinistrum. Somnus, ait, est priuatio quædam motus, & necesse est partes eas quiescere quarum moueri interest. Sunt autem dextræ, cum earum maximè sit motus. Et cum decumbimus in dextras, initium resurgendi quasi detinetur ac obligatur. Plinius verò ait frequentiora esse insomnia Vere & Autumno, & supino magis decubitu. Et cibi celerius coquantur, dextræ lateris incubitu, difficilius in supinis. Plura eò loci vide.

2. Epid.

Probl. 5
lib. 6.Plin. c. 4.
lib. 28.

T E X T V S.

Quin & si cum multis cursu ferantur, facilius vertigine capiuntur.

C O M M E N T A R I V S.

QVI cum aliis currunt, & circum-aguntur, per se vertiginosi fiunt, & ob obiectum aliorum, quorum, dum conuertuntur, species nostros oculos afficit; & inde ad imaginandi facultatem transfunditur. Tamen obiciet quis. Cum aliquis solus circumagitur minor est circulus quam cum aliis vertitur, orbis enim maior est. Ergo cum solus agitur, facilius vertigine capietur. Respondendum. Si quis solus conuoluitur & agitur, se quam breuissimè versat, facile fiet vertiginosus, per adductam paulò antè rationem de minore circulo: sed si cum cum sit solus se dilatat & circum-actum

D ij

extendit, à vertigine vacuus erit. Accedit quòd qui cum aliis circum-agitur facìle præ aspectu aliorum conuerforum, afficitur. Id paulò post illustrabit exemplo nauigiorum agitatorum.



ΤΙ δὲ ἀφ' ἧς ὕψους κίνησιν ἰλιγίαν Συμβαίνει, φανερόν ἐκ πολλῶν. οἷοι γὰρ πλείοντες ἴσθιον ἢ μάλλον ἰλιγιάσων, ὅταν ἐμβλέπωσι ποῖς κύμασι, ἢ τῇ τῆς ὄλων ἀστρον κινήσει. διὸ ἢ ἐγκαλύπτουσι τὰ εὐλαβέμενοι, ἢ οἱ τὰ ἀώρεα, ἢ τὰς προχρῆς θεωρήματα, ἢ Συμβαίοντες τ' ὄψιν, ἢ ἀχὶ σιοῦνται. Συμβαίνει γὰρ κινεῖσθαι κύκλῳ τ' ὄψιν κινεῖν τὰ ἐντός, ἢ ἀεὶ τῆι αἰομάλῳ. ἰλιγιάσει δὲ ἢ οἱ τὰ ὑψηλά, ἢ τὰ μεγάλα, ἢ ἀπότομα ἀποβλέποντες, ἀφ' ἧς τὸ Συμβαίνει μακρὰν ἀπολεινομένην οἰκίαν ἢ κραδαίνεσθαι τ' ὄψιν, σιομένην δ' ἔσται, ἢ κινεῖσθαι ἀεὶ τῆι αἰομάλῳ. ἀναβλέπωσι δὲ ἢ Συμβαίνει ἔσο, ἀφ' ἧς τὸ μὴ ἀποτεινὴν μακρὰν, ἀλλ' ἀποτεινέσθαι ἐν τῷ φωτὶ. κίνησιν δ' ἰλιγίαν ἢ ὅταν εἰς τὸ βλέπωσι Συμβαίνει, ἢ ἐπατερίζωσι. διὸ ἢ ἐπατερίζωσι ἀφ' ἧς τίποτε κινεῖσθαι κύκλῳ τ' ὄψιν, ἢ ἡρεμύσῃ, Συμβαίνει τὸ αὐτὸ πάθος. ἀποπον γὰρ τὸ αὐτὸ ἔσται τῆς ἐναρτίων. αἴτιον δὲ ἔσται μὲν ἐν τῇ κυκλοφορίᾳ τὸ εἰρημένον, τὸ δ' ἐν τῇ ὄψιν ἀεὶ τῆι αἰομάλῳ, διὸ τὰ ἐν τῷ κινεῖσθαι σιζόμενα ἢ εἰσὶν δίστοι, ἢ ἢ εἰσὶν τ' ὄψιν, διάστασις ἐνὸς μοῖρας, ἢ ἢ τὰ Συμβαίνει ἐν τῷ ἐκκεφάλῳ δίστοι. δίστοι δὲ ἢ χειζόμενα τὰ βαρέα, καὶ βαρύνει, ἢ ποιεῖ τ' ἰλιγίαν. τὰ γὰρ πεφυκότα κινεῖσθαι τὴν δὲ τ' κίνησιν, ἄλλως τε ἢ Συμβαίνει διὰ τῆς αὐτῆς, εἰ δὲ μὴ κατὰ τὴν Ἡράκλειτος φησί, ἢ ὁ Κινεῖσθαι δίστοι κινεῖσθαι. εἰ δὲ ἢ τῇ κυκλοφορίᾳ τὸ αὐτὸ τῆς ἀπειροδόνου. δίστοι γὰρ ἢ δίστοι. τὰ δὲ βαρέα ἢ κῆφα δέον ἄμα εἶναι, τὰ μὲν εἰς μέσον ἀρῶνται, τὰ δ' εἰς τὸ ἐσχάτον. ποιεῖ δὲ καὶ τὸ κύπτεν ἰλιγίαν διὰ τῆς. χωρίζεται γὰρ τὰ βαρέα, καὶ ἐλαφρὰ, ἢ ἀνω, ἢ δὲ κάτω. δὲ δ' ἄμα εἶναι, κατὰ τὴν ἐλέτην.

Accidere autem ob aspectus motionem ut omnia circum- 1.
 ferri videantur, ex multis rebus perspici licet. Nam &
 qui nauigant multò celerius vertigine tentantur, cum ad flu-
 ctus, aut astrorum motus, oculos conuertunt. Quare fa-
 ciem obuoluunt qui id formidant. Quinetiam qui res pensi-
 les, aut turbines, dum circumaguntur, intuentur, aut ocu-
 lorum aciem contorquent, celerrimè in vertiginem incidunt.
 Fit enim ut aspectus dum in orbem torquetur, quæ intrò sunt
 commoueat, & inæqualiter perturbet. Præterea qui res altas,
 aut magnas, aut abruptas spectant, vertigine tentantur, 2.
 quia aspectum in longum extentum quassari, & vibrari con-
 tingit: sic autem quassatum & commotum, eorum quæ
 intrò sunt perturbationem afferre. Fisi autem qui sursum
 oculos attollunt idem non accidit, quia non longè se profert
 aspectus, sed in ipso lumine intercipitur. Fit etiam ver-
 tigo quum in rem eandem oculos continenter intentos &
 infixos habent. Quo circa dubitatur etiam qui fiat ut cum 3.
 aspectus in orbem circumque fertur, cumque quiescit, idem
 affectus excitetur. Absurdum enim videtur ex contrariis ali-
 quid quod vnum idemque sit, produci. Verùm eius quod
 per motum qui in orbem fit vsuuenit ea est ratio, quæ ante
 adducta fuit: eius autem quod est intentissimo intuitu &
 continuo nascitur, statuenda est, quòd quacumque motu sese 4.
 tuentur quies disiungit, ac quies quidem aspectus, quando
 vnius partis disiunctio est, reliqua quæ in cerebro coniuncta
 & continuata sunt disiungit. 5.
 Cùm autem graua disiun-
 cta, quodammodo distracta fuerint, grauitatem inferunt, ver-
 tiginemque pariunt. Quæ enim ita à natura comparata sunt,
 ut eodem motu moueantur, huius præsertim opera vnita &
 coniuncta manent: sin minus, ut inquit Heraclitus, atque
 Cyceon, dum mouentur disiunguntur. Fuerit etiam fortasse

D iij

in corporis motu in orbem facto eiusdem rei efficienda vis. Disiungit enim circum-actio. Grauia autem & leuia simul esse conuenit, ita quidem vt illa ad medium ducant, hæc autem extremas partes appetant. Capitis etiam in terram inclinatio eandem ob causam vertiginem facit. Grauia enim & leuia dispergit, hæc quidem sursum, illa autem deorsum. Ista autem simul esse oportet, vt dictum est.

TEXTVS.

Accidere autem ob aspectus motionem, &c.

COMMENTARIVS.

DEmonstrat cur qui in turba circum-aguntur facilius vertigine corripiantur, dum alius alium circum-agi videt. Id enim ad motum aspectus refertur. Cæterum vnum est notandum (vt post docebitur cum de ebriis & purgatis, & ægris vertiginosis dicetur) quod sanis post multos circuitus vertigo contingit, ægris ob vnicam in gyrum conuersionem. Item accidit cum quis videt aliquid conuolui: quia spiritus visiuus intentus iis quæ circumuoluuntur, vnâ cum iis rotatur, falsoque putat omnia circum-agi.

2.

TEXTVS.

Præterea qui res altas, aut magnas, aut abruptas spectant, vertiginosi sunt: Paulo infra,

Iis qui sursum oculos tollunt idem non accidit.

COMMENTARIVS.

Mirum est quod hic author dicat ex elatis sursum oculis vertiginem non accidere, si alta, aut magna, aut prærupta elato oculo aspiciuntur, statim contingit vertigo, quia quasi vibratur & quassatur aspectus. Nam vulgò videmus, si vel aliquantum caput doleat aut graue sit, aut si quis è somno repente exciteretur, statim capi vertigine si sursum ocu-

los sustulerit. Longè enim se profert aspectus, nec intercipitur vt putat Theophrastus fortè ex Platone qui igneos radios ex oculo effluere putat, qui concurrunt in medium lumine illustratum, & cum radio solari. Pari enim celeritate istum radium cum radio solis efferri credidit Plato. Dicit quis aliud esse simpliciter attollere oculos (nec enim tam prompta vertiginis occasio est) aliud intueri res magnas, aut altas, aut præruptas. Vnde hîc ait author in nauigiis eos facilius vertigine capi qui ad astrorum motus oculos conuertunt.

T E X T V S.

Fit vertigo cum in rem eandem oculos continenter defixos habent, &c. 3.

C O M M E N T A R I V S.

Author quæstionem sicè non prætereundam proponit. Si motus vertiginem inducit iis conditionibus quæ dictæ sunt, quies spiritum moderans cursumque temperans à vertigine vindicabit. Vnde postea dicit per sessionem quietiores reddi spiritus, qui dum assurgitur, turbulento motu ciuntur. Dicimus duplicem, vnam absolutè vt quæ motui opponitur, & qua spiritus reficiuntur motumque naturalem seruant, & ἀεὶδύς. Altera est quies quæ consistit in absoluta cessatione à motu cum pertinaci oculorum in rem aliquam defixione & intentione. Et ea quies vertiginem inducit. Et hac distinctione obscuritas huius loci diseuitur. Notum quippe est spiritus motu suo naturali & ordinato conseruari. At quies immoderata vt quæ fit in summa attentione & fixatione oculorum in rem aliquam διάτασιν diuisionem quandam affert. Sic κράσις διάτασιν affert. Nam κράσις ἢ ὄψος est causa κράσεως, humorū & spirituum: & στάσις humorū & spirituum στάσεως causa est quia quæ grauias sunt deferuntur à leuioribus, id est, humores, fortè & cerebrum ipsum à spiritibus. Nam in œconomia cerebri & spiritus & humores, & cerebrum ipsum suos motus insitos & genuinos habent: quorum perturbatio grauium morborum causa est. Id quod Hippocrates & Galenus quodammodo declarant dum explicant morbos qui consequuntur

part. 17
lib. 4.
6781.

tur ἔμπιξιν, humorum & spirituum ἀποπλήψις, utitur etiam
iis verbis, τῶντων χυμῶν. De quo nomine τῶστος, si Deus
permiserit plura dicemus.

TEXTVS.

4. *Quies aspectus disungit, &c.*

COMMENTARIUS.

Dicat quis. An tantopere nocet quies aspectus intentis
in rem obiectam oculis? Nam etiam in ea quiete mo-
tus est, actio, vnde assidua cogitatio occæcare creditur ab-
ducto intro visu. Et Hippoc. ait quosdam esse labores na-
L. 2. de Diata. turales, alios violentos. Naturales sunt, labor visus, auditus,
voci, curarum. Visus quidem talis vis est. Anima in id
quod videtur mouetur & calefcit, calefacta verò euacuata hu-
miditate siccat. Idem de auditu, idem de cura. Hic vi-
des in animi intentione quietem non esse, sed motum quen-
dam, calefactionem & humiditatis consumptionem. Paulò
antè monuimus quæstionem quæ fiat vt & motus & quies ver-
tiginem inducat. Duplex à nobis quies est proposita & ex-
plicata. Vnde nunc quæri potest an ob intentionem oculo-
rum in obiectum pertinaciorem motus spirituum corrumpatur
& diuidatur per quandam stationem, & quasi congelationem,
(id autem vertiginis causa est quia tollitur τὸ συνεχές) vel
quia humores currunt ad vertiginem mouendam potè deserti
à spiritibus. Ad vertiginem enim maximè facit corruptio
motus spirituum. At in ea obstinata intentione spiritus qui-
dem affluunt & stant, & humores vt grauiore aliam quan-
dam τῶσιν habent: & à mobilioribus spiritibus relinquun-
tur. Eam τῶσιν, quàm διάτῶσιν inducere diximus sequun-
tur graues morbi, vt paulò antè dictum est. Fieri enim dixi-
mus humorum σφίγασιν καὶ πῆξιν. Id fit maximè in obstru-
ctione, repletione & diremptu spirituum ab humoribus dum
partes & humores non illustrantur à spiritu, qui est ὄχημα hu-
morum. Sed aliter atque aliter fit in obstructione, aut ple-
nitudine summa, vt aliter in motu circulari, aliter in quiete
per oculi peruicacem attentionem, vnde aut spiritus interci-
piuntur,

piuntur, aut inæqualiter mouentur, vnde pars languet non afflata suo spiritu: Et humores non habent suam ἀναπνοήν, vt vocat Hippocrates.

TEXTVS.

Cum autem graua disiuncta, & quodammodo distracta fuerint, &c.

COMMENTARIVS.

HIC ad grauitatem refugit, quod quæ sunt graua si distrahantur à leuibus, & contra, fit vertigo. Naturâ cerebrum graue, spiritus tenues, ætherei & ob elaborationem exactam, splendidiore & lucidiore tenuioresque, quàm & vitales & animales. Sunt instrumenta actionum. At cerebrum multis arteriis intertextum est, & ni spiritus multos haberet, iners & ignauum maneret. Hi porro habent suos ratos & constantes motus, & vias peruias. Si motus hic intercidatur, vertigo, si viæ obstruuntur, vertigo aut quid deterius, si graue deseritur à leui, ob eam derelictionem vertigo contingit. Vbi quis attentius aliquid intuetur, spiritum alibi quasi occupatum ad se traducit, & in quiete continet, suum natium spiritus motum non seruat, deseruntur humores & torpidi manent, imo cerebrum ipsum ipsam graue & brutum deseritur. Itaque fit dissociatio & diremptio quædam dum graue à leui dereliquitur. Et quod notandum, ista desertio non modo contingit in ista acuta intentione oculi in obiectum, sed etiam in motu ipso circulari (cuius causam ad motum inordinatum spiritus animalis retulimus.) Vnde Theophrastus ita ait, fuerit etiam fortasse in motu circulari eiusdem rei efficiendæ vis. Id est, disiectio quædam leuium & grauium. Nam circum-actio disiungit (grauiam autem & leuia simul esse debent) vt grauiam ad medium ducant, leuia partes extremas appetant. Inclinatio etiam capitis fit etiam grauibus à leuibus disiectis. Et sic ferè omnis vertigo eam agnoscit causam. Nam paulò antè vertiginem fieri diximus interciso motu spiritus animalis subeunte vapore tetro, aut ob humorem, item ob obstructionem. Nunquid in his duo-

E

bus est etiam desertio grauium & leuium? Sic potentissima est ea causa vbiq̄ue ferè locum habens. Et antè diximus humiditatem & cerebri & humorum causam esse potentem, cur homo fiat vertiginosus, corpore humido nequeunte facilè conuerti (vt de ouo facilè constat) eadem humiditas causa quæ est, iuncta grauitate, cur facilè sese mutuo deserant leuia & grauia, licet cerebrum constet ex grauibus & leuibus admirabili quadam moderatione & proportione. Et ni cohæserint duo ista, vertigo adest. In re autem humida & graui (quale est cerebrum) non ita ritè cohærent. Vnde videmus à solo vapore etiam vertiginem oriri. Interrumpitur motus spiritus, & fit repercussus quidam ob alienum spiritum furtim summissum. Et quod facit nimia humiditas in vertigine vna, id facit grauitas in altera, quia vna pars mouetur, altera non. Est ita diuisio & continuitatis solutio.

T E X T V S.

6. *Disiungit enim circum-actio, &c.*

C O M M E N T A R I V S.

QVÆ motum spirituum diuidunt, ea vertiginem creant. Circumactio motum diuidit, item vapor infernè sursum summissus, aut in cerebro genitus, dum torquet spiritum aut repercutit. Ergo teter vapor & circumactus vertiginem facit. Maximè verò id fit quia grauia à leuibus deseruntur. Pars vna cerebri post aliam mouetur quia molle & humidum: & cohæsiō vniōque euertitur. Et vapor vorticem quendam in carotidibus tumultuans diuidit eo modo quo circum-actus, & facit intus quod circum-actus foris, & interna est causa vertiginis.

TEXTVS.

Graua autem & leuia simul esse conuenit : ita quidem vt graua ad medium ducant, leuia extremas partes appetant.

COMMENTARIVS.

Potentissima causa vertiginis grauium & leuium diremptio. Nam quæ coniuncta ad actionis perfectionem valent, disuncta eandem peruertunt. Ob mollicitudinem cerebri pars post alteram mouetur, vnde propensio ad vertiginem. Sed cum graue natura ad medium tendat, spiritus ob mobilitatem alio inclinent maximè verò ad circumferentiam, hinc cadendi occasio desertione & diuulsione leuium & grauium. Dum omnia ritè aguntur in corpore grauium & leuium est coïtus & mutuus consensus : si contra fit, vertigo nascitur : dicat quis. Si spiritus vt leues facilè se alio referant & naturali motu aut sursum euolent, aut circumferentiam appetant, graua sint immobilia aut medium petant : vbique est occasio vertiginis, & homo ferè deberet esse vertiginosus. Est enim semper ea lucta & dissimilitudo motuum naturalium.

ΟΙΕΙ δὲ ἕ ἄλλη τις ἐναρτώσις, ὡς δοκεῖ, τὸν ἰλιγμον, οἷον τὸ ἐνδεία, ἕ πληρώσεως. ἢ μὴ γὰρ ἐνδεία σιγῆς, ἢ δὲ πληρομένη, ἀείψωσιν ἐπιπίσσει, ὡς πλήρως γίνεσθαι τὸ πῶς. αἰεῖσα γὰρ αὐτὴ καὶ βαίνει ἕ δίστασι τοῖς ἀειόδοις, ὡς ἔστιν ὁ ἰλιγμος. ἐπεὶ ἕ αἰ μέθαι ἕ αἰ φαρμακῆαι, ἕ ὅσα ἄλλα τέτοις ὡς πληρία, ἀφ' ὅτου ποιεῖ τὸς ἰλιγμοῦ. ὅθεν ἕ τὸ σημεῖον πῶς ἐπ' ἀμφοῖν κοινὸν λαμβάνουσιν. ὅταν γὰρ μὴ δύνηται τις τὸς φρωτῆρας ἢ δοκῆς ἀεθμεῖν, τὸν μὲ ὕπερ κεχαρῆσαι, τὸν δὲ μεθύειν φασίν. ἢ ὑγρότης ἢ ἀλλοτρία γὰρ ἐμπεπακῆαι, ποιεῖ τὸ παραχλῆ. διὸ ἕ ἐφ' ὅσον ἄλλων συμβαίνει πνεύματος ἢ ὑγρότητος γίνεσθαι τὸ πλήθος, ἢ ἕ τῶν ὑπαρχόντων διάστασις, ἀπὸ πάντων συμβαίνει ἕ τὸ πάθος. αἰετῆμοι δὲ, μᾶλλον ἢ καθίσει τὸς ἰλιγμῶσιν, ὅτι ἡρεμῶντων σιγῆσαι τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ κεφαλῇ πλέον, ὅταν δὲ κινῶνται, σφαλερὸν γίνεσθαι ἕ εἰς ἕν μέρος ἕ ἕρον ἕρον ποιεῖ τὸν ἰλιγμον.

E ij

1. **V**ertiginem inducere etiam videtur altera quaedam contrarietas, qualis est ea quae inter famem & satietatem intercedit. Fames enim colliquationem, satietas autem excrementorum colluuiem inuehit: ita ut meatus corporis propterea impleantur. Hac enim, quum viam sibi parauit, descendit, & circuitionibus quibusdam fertur: quod efficit ut vertigo inuadat. Nam & crapula, & medicamenta alium ducentia, & quaecunque horum similia sunt, eandem ob causam vertiginem pariunt. Inde fit, ut amborum signum quoddam commune habeatur. Cum enim nequit aliquis tigna & tabulas tignis instratas numerare, alterum quidem nondum purgatum aiunt, alterum verò crapula nondum liberatum. Siquidem humor alienus in caput irruens perturbationem affert. Quare à quibuscumque spiritus aut humoris multitudinem congregari accidit, aut eorum quae in corpore sunt disjunctionem fieri, ab iis hunc affectum excitari consentaneum est. Qui autem assurgunt, magis quam qui sedent vertigine tentantur, quia in quiescentibus humor capitis vnitus manet, cum verò mouentur, instabilis est, atque in partem vnam confertim traductus vertiginem parit.

T E X T V S.

- I. *Vertiginem inducere videtur, &c.*

C O M M E N T A R I V S.

NON parum refert ad curationem scire an vertigo sit à repletionem, an ab inanitione. Si illinc est, euacuantia conferunt, si hinc, adiectione potius vtendum est. Cum agitantur humores à medicamento, vertigo adest. Si suprà modum euacuantur, vertigo. Initio febrium, vertigo à co-

pia & meatuum obstructione, sub finem aut desinit, aut adest ab imbecillitate. Viperinarum carniū vsus in Elephante prodest, sed donec vertigo inducatur, eōsque comeduntur: eaque vertigo purgatione non eget. Qui de carne viperina scribunt Authores duo annotant, vnum quod si coctæ fuerint visum clariorem reddunt, alterum, per cutim corpus repurgant & faciunt quoddam eximium. Et si caro in corij duritiem coaluit, decidit deperitque ὄσπρακόδερμα. Vertigo oboriens est quasi signum & meta sufficientis vsus pastillorum de Tiro, eaque fit quia exactius cerebrum repurgatur, eoque exquisitoris fit sensus, & vix vlla aëris aut vaporum fallaciter subrepentium incommoda ferre potest. Imò seipso fit imbecillius, & visum clarum reddit, quia proprietate occulta defœcat cerebrum.

TEXTVS.

Fames enim colliquationem, &c.

COMMENTARIVS.

Inediæ non tam vertiginosos reddunt ob repletionem quandam ventriculorum quam ob colliquationem quandam quæ ex euentu replet. Et in longa inedia partes quasi fatiscunt & dilabuntur vnde videmus in obsidionibus vrbiū, in defectu ciborum corpora fame liquata, aliàs planè extabescere & macerari macràque reddi: aliàs intumescere fufis & liquatis carnibus. In lassitudine & siti homo ad iram pronus est. Et ea animæ asperitas benigno succo temperatur: lenit transitum spiritus & molliores facit meatus ne scindant euntem & redeuntem. Cæterum duo facit genera eorum qui caligine & vertigine capiuntur, vnum ebriorum, alterum eorum qui medicamento purgantur. Neutri trabes laquearium numerare possunt præ spirituum agitatione & impedimento. Discussa ebrietate, & peracta medicamenti actione easdem numerant. Repressi enim sunt vapores. Ad eas rationes vnum addam ad vertiginis ὑπαρξιν apprimè faciens. Nempè quod initio febrium, præsertim à copia crudorum humorum, natarum vertigines & temporum pulsus contingunt. Ad crisi id du-

*Plin. ex
Platon.
cap. 24.
lib. 22.*


rat, donec natura coherit humores & secreuerit purum ab impuro. Licet corpus imbecillius reddatur per purgationes, tamen vertigines tolluntur, corpore ad temperamentum reducto. Et ante dictum est sanis post circuitus multos vertiginem accidere, sed ægris eandem contingere vnica in gyrum conuersione.

TEXTVS.

3. *Qui assurgunt, &c.*

COMMENTARIVS.

Vertigo non tam præhendit motos quàm quietos. Quò pertinet fortè locus de Epilepsia ex Platone quæ fit cum pituita atræ bili iuncta diuinas capitis periodos & orbis, & illapsa fuerit & infestauerit. Et vt in somno mitior est, sic cum vigilantes præhenderit diutius vrget. Et licet aliquando quietis in lecto omnia circumagi videantur; tamen facilius motis accidit. Quod motus coniungit, quies nimia diuidere videtur, vnde fit vertigo in exacta animi in rem attentione & oculorum defixione contumaci. Quod etiam quies vnit, diuidit motus. Vnde vertiginosi quidam dum quiescunt desinunt esse tales & mouentur, rursus vertiginosi fiunt. Sic motum & quietem oportet distinguere, alioqui facilis erit in errorem lapsus. Attexenda est & hæc quæstio; An in ea vertigine quam contentio animi & oculorum intentio inducit, quia fit ob quietem eam diuisio leuium & grauium, an sit spiritus animalis motus inordinatus, in quo demum essentiam vertiginis consistere diximus. Hæc enim simul stare non videntur, vt sit quies & spirituum diremptione modò, modo leuium & grauium diuisione, motus inordinatus. Qui si non est, nec vertigo esse potest. Sed hæc ad eos qui res exactiùs expendunt & examinant.



A P P E N D I X
 D E P L E X V R E T I F O R M I,
 Et de corpore quod in Cerebro
 φαλοειδής dicitur.



Q UONIAM diximus primariam vertiginem affecto cerebro multò deteriore[m] ea quæ fit ex consensu (quam posteriorem Theophrastus descripsit) in ea fuit maximè laborandum. Si intemperies calida in cerebro, liquationem facit, humores acriusculos reddit, extenuat & quasi in feruorem & furorem agit: Si frigida cruditatem parit, inde prouentum crassorum vaporum, vt in viridi ligno ardente; qui per arterias in anteriores ventriculos cerebri repentes & exitu prohibiti; vt in clibano circumaguntur, & turbulentos motus conciunt. Id fit in eo corpore quod φαλοειδής dicitur, concameratum & fornicatum. Est autem corpus durum tribus vt arculis constatum medium Cerebri ventriculum sustinens fit ex indurata Cerebri substantia, incipit à fine corporis callosi quod πολλοειδής dicunt; fornici simile est ne medius ventriculus concidat. At in margine cerebri & consumptione quam Hippocr. vocat ἐπάλωσις, quis dubitat quin illud corpus labet. Hinc vertigo, hinc Apoplexia, sed est plexus retiformis considerandus. Auctores enim dicunt vertiginis causam proximam tenuem ac calidum vaporem per arterias in cerebri ventres repentem qui in plexu retiformi humores exagitans, ferus & motus turbulentos ciet. Nec sufficit esse tenuem & calidum spiritum, Galen. & Theophr. humiditatem nescio quam requirit & spiritum crassum & caliginosum. Vnde Ebrii fiunt vertiginosi ob eos vapores crassos illustribus spiritibus officientes. Et vbi calida est intemperies cum aliqua partium adiacentium intemperie frigida, prouentusque humoris inæqualiter præparati, hinc fit facilè fuligo, nubes, vnde motus æstuans & turbulentus, inde vertigo. Diximus

enim tum maxime oriri cum & cerebrum inæqualiter affectum est, & materia inæqualiter affecta, comptum, ornatumque nature & caloris efficientiam non nata. Vbi enim infirmior calor est & crudus succus, hinc vertiginis occasio. Caterum humor & spiritus è genere sunt fluentium. His motis corpus commouetur. Diximus ante maxime austrina constitutione ob fumos & humores caliginosos cum affectum nasci. Et humorem excrementitium ad eam concurrere generandam, & ex Galen. fieri mota humiditate cum crasso spiritu, qui natura debet esse limpidus & illustris. Id in suffusione patet. Vis enim luminosa oculi à crasso vapore præstringitur & hebetatur. Spiritus primò impellit. Humor stabilis non est. Et quia suo termino non continetur, spiritum aut sequitur, aut anteuertit. Mirus est locus apud Hippocr. De incommodis aut commodis spiritus corporei aut non corporei, id est, ætherei non corporei, & cum carne & sanguine magnum commercium non habentis, vnde plexus retiformis à natura fabricatus est vt exactè elaboretur spiritus animalis repurgata omni fæce & terrena substantia. Et iste spiritus ita exactus ad sapientiam facit non habens $\mu\acute{\iota}\xi\omega$, & communionem cum corpore. Homo enim prudentior est & exquisitior, spiritu summè elaborato vt quicquid impurum & corporeum extrahatur eo modo quo in arte chymica puræ & synceræ substantiæ exquiruntur. Quæ Hippocr. sententia mirum quid habet: Putat enim aërem qui per nares attrahitur (quia qualis aër tales & spiritus) ad sapientiam plurimum conferre. Nam (vt ait) cum cerebrum ad se aërem attraxerit in seipsum, primùm ad ipsum allicitur: deinde ad reliquum corpus aër dispergitur, & in cerebro suum vigorem relinquit, & quicquid prudentiæ ac sapientiæ habet. Si in corpus primùm perueniret, post ad cerebrum relinqueret in carnibus & venis prudentiam ac iudicium, & ad cerebrum calidus perueniret, non purus, sed mixto humore à carne & venis, non syncerus. Itaque dico cerebrum esse interpretem & internuntium intelligentiæ si sanum fuerit. Ad eius autem sanitatem facit aër limpidus & purus. Quod autem aër qui recens attrahitur aliud quid habeat quàm cum aut refringitur, aut incalescit in corpore; id ipsum declarat Aphrodisæus quærens cur præciso aut consumpto gargareone homo

Lib. de morbo sacro.

Locus hic licet aliquid noui dicat non tam requirit interpret. acrem quàm mixtum & benecolum.


ne homo tabescat. Quia integro gargareone aër retinetur & paulùm incalescit, nec suo frigore præditus pulmonem subit, quod in malis ducitur.

Diximus ergo de plexu retiformi in quo spiritus retentus & sanguis conficitur. Fit autem ex multiplici complicatione arteriæ caroticæ ad basin cerebri. Sub crassa meninge fit iste contextus & complicatio. In spatio enim largo Natura velut thalamum instruit huic arteriarum contextui qui in mortuis (collapsis vasis vix percipitur) vt semini per multos gyros, & lacti per vasa multa patet via, vt per moram fiat elaboratio. Et quia à corde ad cerebrum breue est iter (quia intendit spiritum vitalem elaborare) natura supplet istum plexum vt labyrinthum, vt spiritus hîc elaboretur antequam in ventriculos inducatur.

De corpore concamerato seu fornice paulò antè dictum. Nunc addam vnum. Cùm ab imbecillo calore flatus gignitur præsentè humido: si spiritus exitum non habet more flammæ in fornace in gyrum vertitur. Id fit in cerebro, & iuuat id capitis figura rotunda (hinc cælum capitis vocatur) item ventriculorum cerebri concameratio quam facit corpus $\psi\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\delta\epsilon\varsigma$. Et cum vapor ad superiorem fornacis, vt alicuius fornacis partem fertur rectâ, nec altius ferri potest, reflectitur & in orbem agitur, vt cû exhalatio fumida sursum tendit (quia nubes præcludunt viam, in latus fertur & flatum creat. Ex eo Theoph. demonstrationem vertiginum deriuauit: Siue enim motus internus, vt ab interna causa, siue externus, ab externa vt à motu rerum rotatarum, motus continuus interrumpitur, Demonstratio Theophrasti ea est. In omni motu aliquid est primum, aliquid postremum. Id quod subsistit dum alterum repercutit, motum eius præuertit & repellendo sistit. Id quod sistitur quia suo progressu & continuo motu caret, quamcumque viam nanciscitur, per eam defertur, & tunc vertiginem inducit. Magni autem momenti est vapor alienigenus. Docet somnus in quo vapor blandus sensus illigat, & quasi mortuo similem hominem reddit. Imo quasi prudentiam tollit aut suspendit potius Hippocratis est argumentum. Quid faciat teter vapor cum blandus & mitis tantopere efficiat & officiat? Denique ne nimium scribendo, & sensus & oculos intendendo, vertiginosifiamus, scribendi finem faciamus.

F I N I S.

F.



I N D E X
 V O C V M R E R V M, E T M E-
 morabilium qua in hoc libello Theophrasti
 De Vertigine continentur.

A

	Bsurdum videtur	Caput est microcosmi cælum.	41
	contraria eadem	Catarrhus.	11
producere.	29	Causæ vertiginis.	2. 4
Aditus, reditus, in-		procatacticae antecedentes &	
clinationes Græc.		coniunctæ.	12. 16 alia 33. 34.
<i>μείοδοι ἢ ῥοπαί.</i>	2	35. 36. 37. 38 39. 40. 41	
Aër ad sapientiam confert.	40	Cauteria Epilepticis necessaria.	15
Affectus Cerebri affines.	10	Cephalalgia.	12
tres sunt.	19	Cerebri diuini orbis. 2 affectus. 7	
Affectus vertiginis vnde rationes &		<i>Σύνοσις.</i> 16 substantia marcor,	
causæ.	22	seu <i>ἀπόλωσις.</i> 39 Græc. <i>ἕρπιδις.</i> 23	
Angelica & pæonia.	10	Cerebro humido pleno quare non	
Apoplexia.	12. 19. 39	sternuimus.	9
Aphrodisæi quæstiones optimæ.		Cerebrum naturâ humidum.	16
24. 40		eius nobilitas.	24
Argumentum à pari.	8	quare attrahit aërem.	40
à contrario effectu.	31	senum, labores naturales.	32
Ars chymica synceram & puram		à quibus afficitur.	33
substantiam extrahit.	40	constat grauibus & leuibus.	34
Attonitus morbus.	19	Coctio quâdo fit, necessaria incal-	
Austrina constitutio vertiginem		sando fit, omnia lenit.	10. 11
parit.	40	Comparationes. 2. 3. 20 & seq.	
C		Consideratio subiecti.	15
Calculi causa.	8	Contentio oculorum in obiectum	
Calor quibus obruitur.	25	parit vertiginem.	21
Capitis affectus vnde.	12	etiam contraria.	36
locus humidus.	13	Conuulsio. 19. causæ. ib.	
dolores eiusdem quare.	17	Conuulsionis & rigoris materia. 7.	
eiusdem circumactio.	22	10. Epilepticæ.	ibid.

INDEX RERVM.

<p><i>Coqueluché.</i> 11 <i>Corpus Ψmondís.</i> 41 <i>Coryza.</i> 11 <i>Crapulæ effectus.</i> 36 <i>Crisis.</i> 37 <i>Cruditas Cerebri somnum parit.</i> 19 <i>Crudus humor.</i> 11</p> <p style="text-align: center;">D</p> <p>Demonstratio Vertiginum. 41 Dentium affectus. 8 Definitio vertiginis. 5 Dextræ partes sinistris fortiores & generosiores. 27 Diathefis cerebri. 15 Differentia vertiginis. 38</p> <p style="text-align: center;">E</p> <p>Ebrj vertiginosi. 39 Echus siue soni varietas. 12 Epilepsia. 2. 19 eiusdem effectus causæ & differentiæ. 6. 7. 8. 11</p> <p style="text-align: center;">F</p> <p>Facultas sensus duplex. 3 Febris symptoma. 36 Flatuum causæ. 10 Fœtus generatio, tempora. 25</p> <p style="text-align: center;">G</p> <p>Grangerij laus. 14</p> <p style="text-align: center;">H</p> <p>Heracliti & Cyceonis opinio de motu. 29 Hieræ effectus. 15 Hippocratis sententiæ admirabiles & veræ. 26 Homo Cœlestis, qui inter cætera animãtia caput vt cœlũ habet rotãdũ ad Deũ omnia dirigens. 23 Humiditas quid & quotuplex. 9. 18 Humorum distinctio & raptus. 8. 9 Hydrops pulmonis. 7 Hypochondriaci. 5</p> <p style="text-align: center;">I</p> <p>Ilyssos nomen quid. 16 Imaginatio. 3. & 4</p>	<p>Imaginatrix facultas. 11 Inclinatio capitis. 33 Inedia longa & fames vertiginem inducunt. 37 Intemperies calida & frigida. 39 Intentionis oculi effectus. 33 Interpres facultatum animæ quis! 40 Isidori opinio. 5</p> <p style="text-align: center;">L</p> <p>Leue, graue. 35 Lien & caput maximè patent morbis. 17</p> <p style="text-align: center;">M</p> <p>Mas longi fati, breuis verò scæmina. 17 Melancholici. 15 Memoria duplex. 3 Mortis imago. 14 Morbus in via. 6 Motus sphæricus quibus conuenit, directi sunt innocentes, aliquid primum, aliquid postremũ; rerum rotatarum motus. 23. 39. 41</p> <p style="text-align: center;">N</p> <p>Natura cur futuras, ossa tubercula & poros dedit. 17 Naturæ mirus thalamus in generatione spirituum & sanguinis. 41 Nautæ potius quam Astronomi fiunt vertiginosi. 31</p> <p style="text-align: center;">O</p> <p>Obsttructio morbus in via, quotuplex eiusdẽ causæ. 5. 7. 11. 18 Oculorum motus cœlestis est iisdẽ clausis imaginatio fortior. 6. 23 Oeconomia cerebri. 31 Oues sunt Epilepticæ. 7</p> <p style="text-align: center;">P</p> <p>Pars princeps cerebrum. 19 P veneranda. 24 Phantasia quid, & quot compre- F ij</p>
--	--

INDEX RERVM.

hendit.	3	natura, officium.	2. 4. 15. 30. 31.
Pituita falſa, acida.	11		33. 39. 40. 41
Plexus retiformis.	39. 40	Sternntamentum quid, cauſa, effe-	
Pompholyges quid.	9	ctus, vtilitas.	8. 9. 10. 11. 14
Primarius affectus <i>αρωτωνθεια.</i>	8	Sudor per <i>σύντηξι.</i>	8
Prudentia & dementia in quibus		Symptomata vertiginis.	2
qualitatibus ſunt.	17	Symptomatum cauſa.	7
Pacrorum facultates læſæ.	25	Synonyma.	26
Purgationis effectus.	38		
Putredo & eius cauſa.	10. 17	T	
	Q	Tabum.	7. & 8
Qvæſtiones de Vertigine. 5. 6.		Tuffis vnde.	7
14. 15. 17. 18. 21. 22. 23. 26.		Temporis differentia.	57
37. 38		V	
Quietis & motus cauſa & effectus.		Vapor, blandus, teter, diffe-	
31. 41		rentia, effectus cauſa.	11. 16.
	R	34. 41	
Rationes & exempla vertigi-		Vehiculum humorum, <i>ὄργανον</i> eſt	
nis.	30. 37	ſpiritus.	32
Religionis mod. in ſacris.	24	Ventres Cerebri facillimè flatibus	
Ceremonia.	ibid.	replentur.	10
Repletionis & inanitionis effectus.	36	Vertigo quid, & vnde an morbus,	
		an ſymptoma.	12. 3. 12. 15. 38
	S	Vertiginis cauſa, genera ortus, dif-	
Semen-it per multos gyros.	41	ferentia, effectus.	2. 3. 5. 7. 11. 12.
Senes quales.	18	13. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 28. 29.	
Senſuum generatio.	6	30. 31. 34. 37	
facultates.	32	Vertiginofi quinam.	38
Serum <i>ὕδωρ</i> Hippoc.	8	Vertiginofi inter ſe differunt.	22
Signum vertiginis.	37	Vertummi homines qui.	24
Siniſtrum & dextrum quid.	27	Viſio deprauatur in vertigine.	3
Sitis & laſſitudo iræ cauſa.	37	Viſus & motus.	6
Somnus quid ex Plin.	27	Viperinæ carnis annotatio.	37
quomodo decumbendum.	ibid.	Vita hominum Circularis vnde	
Spiritus quotuplex, cauſa effectus;		dicta.	24
		Vnde rotatio ægris appareat.	4

FINIS.